creaturae revela-
tionem filiorum
Dei expectat ;

Vanitati enim
creatura subjecta
est non volens,
sed propter eum
qui subjecit eam
in spe;

Quia et ipsa
creatura liberabi-
tur a servitute
corruptionis in li-
bertatem gloriae
filiorum Dei ; (tunc perfectionem suam attin-

Si autem filii (estis, ergo estis) et haeredes quidem (hujus) Dei, cohæredes autem Christi (qui est frater noster, sub ea tamen conditione, nempe) si tamen (ejus passioni) compatimur; haec enim conditio est necessaria ut et (cum illo) conglorifice-
mur. (Et ne dicatis hanc compassionem nimis esse onerosam : ego enim, qui has passiones expertus sum et cœlestem gloriam partim vidi),

Existimo enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis (comparari) ad futuram gloriam quæ (a Deo) revelabitur et manifestabitur) in nobis (post judicium. Quæ gloria tanta et tam certa est ut 1º etiam a creaturis insensibilibus expectetur ardenter) ;

Nam (vehemens est haec) expectatio (omnis) creature, (quæ) revelationem (gloriae) filiorum Dei expectat;

Vanitati enim (et corruptioni ab homine applicatur et) subjecta est ; non volens (et invita certe se subjicit), sed (hanc violen-
tiā suffert) propter eum (Jesum Christum) qui, (ob primi hominis culpam), subjecit eam (huic servituti, sed illam non suffert nisi) in spe ;

Quia (seu quod veniet tempus quo) et ipsa creature liberabitur a servitute cor-
ruptionis (in qua nunc ingemiscit, et par-
ticipes adducetur) in libertatem gloriae filio-
rum Dei ; (tunc perfectionem suam attin-

get qua nunc nonnisi violenter caret) ;

Scimus enim quod omnis creatura (ra-
tione suæ corruptionis et mutabilitatis)
ingemiscit et (dolet, quasi mulier quæ)
parturit, usque adhuc (seu usque nunc :
unde concludendum ab eis immutabilita-
tem et gloriam eis congruam expectari;
ergo 1º ex creaturis irrationalibus; 2º ab
Apostolis et fidelibus expectatur) :

Non solum au-
tem illa (creatura inani-
mata hanc gloriam expectat), sed et nos
ipsi (Apostoli et fideles eam expectamus;
quamvis enim abundantes gratias), pri-
mitias (et potiora dona sancti) Spiritus (si-
mus) habentes, et ipsi (tamen) intra nos
gemimus, (gloriam et felicitatem nobis
promissas per) adoptionem (nostram in
numerum) filiorum Dei expectantes ; (quæ
gloria adimplebit) redemptionem corporis
nostrī, (quod nunc sub concupiscentiæ ty-
rannide ingemiscit. Ingemimus, inquam,
et non immerito; nam usque nunc salus
nostra est tantummodo incepta : in)

Spe (tantum) enim (usque nunc) salvi
facti sumus; (at illam salutem non vide-
mus nec possidemus); spes (enim rei) quæ
(jam) videtur (et possidetur jam) non est
spes; nam quod (ali)quis videt quid (seu
quomodo illud) sperat, (siquidem spes, ut-
pote ad futurum tendens a possessione,
quæ praesens est, excluditur).

Si autem quod non videmus (et non
possidemus tantummodo) speramus, (certo
tamen illud) per patientiam (et firmam fi-

Scimus enim
quod omnis crea-
tura ingemiscit et
parturit usque ad-
huc.

Non solum au-
tem illa, sed et
nos ipsi primitias
spiritus habentes
et ipsi intra nos
gemimus, adop-
tionem filiorum
Dei expectantes
redemptionem
corporis nostri :

Spe enim salvi
facti sumus. Spes
autem quæ vide-
tur non est spes ;
nam quod videt
quis, quid spe-
rat ?

Si autem quod
non videmus spe-
ramus, per pa-

tientiam expecta-
mus.

dem) expectamus : (ergo et ab hominibus gloria expectatur; atqui impossibile est hanc gloriam quæ creatura inanimata, et ab homine, utpote utriusque perfectioni necessaria, expectatur, et cuius spes a Spiritu Dei in nobis infunditur, non evenire; ergo hæc gloria a nobis firmiter speranda est; ergo cum constantia indefectibili omnes hujus mundi labores sustinere et Christo compati debemus, ut cum illo conglorificemur. Quæ si non sufficient ad animum vestrum et spem vestram incitanda, ad hoc novum incitamentum attendite. Ecce potens et efficax adjutorium nobis datur : nam)

Similiter autem et spiritus adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus sicut oportet nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Similiter autem et (simul atque in nobis hanc gloria spem infundit, eam obsequendi medium nobis suppetit Spiritus sanctus, nempe patientiam et orationem nostram adjuvando : ille enim) Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; nam (nos vero) quid (et quomodo) oremus sicut oportet nescimus; sed ipse Spiritus (in nobis infusus) postulat (nobiscum et) pro nobis, gemitibus inenarrabilibus, robur necessarium ad sustinendas tribulationes quæ nos ad vitam æternam ducent : et Deus Pater)

Qui autem scrutatur corda, scit (et probat quid) quid desideret spiritus, quia (nihil aliud quam ea quæ sunt) secundum Deum postulat pro sanctis. (Ne nos terreat ergo infirmitas nostra; nam)

Scimus autem

Scimus autem quoniam (seu quod) dili-

gentibus Deum omnia cooperantur in (eorum melius) bonum, iis (diligentibus, inquam,) qui secundum propositum (gratiæ ejus ab eo) vocati sunt (ut sint) sancti. (Fortiter igitur et cum gudio omnia sustineamus, scientes quod si cum Christo patimur cum illo conglorificabimur. Et hæc compassio necessaria est);

Nam (ii omnes) quos præscivit (Deus fore sanctos) et (ad salutem destinavit, eos antea) prædestinavit (et voluit) conformes fieri imaginis Filii sui et proinde esse ejus passionis participes, ut sit (ille) ipse (Filius) primogenitus in multis fratribus : (qui ejus exemplum et crucem subierint : nam ii),

Quos autem (ad fruendum gloria Christi) prædestinavit, hos et vocavit (tum per gratiam suam prævenientem tum per passionis Filii sui exemplum ; et ii), quos vocavit, hos et justificavit (per hanc gratiam et istas passiones ; et denique ii isti) quos autem justificavit, illos (in justitia perseverantes sustinuit) et (in cœlo) glorificavit.

Quid ergo dicemus ad hæc ? (et quid nos terrere potest? nam) si Deus (militans) est pro nobis, quis (dæmonum aut hominum) contra nos (prævaleat ? atqui se esse pro nobis Deus sat evidenter ostendit; nam ille)

Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus (ad mortem) tradidit illum, quomodo (dici posset quod) non etiam cum illo omnia (ad salutem no-

troniam diligenteribus Deum omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.

Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus :

Quos autem prædestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit hos et justificavit; quos autem justificavit hos et glorificavit.

Quid ergo dicemus ad hæc ? Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Qui etiam proprio Filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus (ad mortem) tradidit illum, quomodo (dici posset quod) non etiam cum illo omnia (ad salutem no-

quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat.

Quis est qui condemnnet? Christus Jesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?

Sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die (seu quotidie, et) tota die, aestimati sumus (ab improbis) sicut oves sumus sicut oves (que destinantur cultro) occisionis:

Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.

stram necessaria) nobis donavit? (ergo vult nostram salutem, dummodo nos cum ipso cooperari velimus. Si autem Deus vult nostram salutem),

Quis accusabit aduersus electos Dei? (Nonne Deus ipse est qui iudicat? atque idem ipse est) Deus qui (illos) justificat; (ergo vana erit accusatio).

Quis est qui (nos) condemnnet? Christus Jesus (est solus, cui condemnare competit. Atqui non condemnabit, quippe) qui mortuus est (pro nostra salute), imo qui et (pro nobis) resurrexit, (et) qui est (sedens) ad dexteram Dei (ut advocatus noster), qui etiam interpellat pro nobis (salvandis; ergo nec Christus nos condemnabit. Cum autem tot obligationibus Christo adstringimur),

Quis ergo nos separabit a charitate (et dilectione) Christi? (an) tribulatio? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (haec enim omnia mala sanctos manent),

Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die (seu quotidie, et) tota die, aestimati sumus (ab improbis) sicut oves sumus sicut oves (que destinantur cultro) occisionis:

Sed (non terremur ab istis obstaculis; nam) in his omnibus superamus (per et) propter eum (Jesum Christum) qui dilexit nos (et vult nostram salutem).

Certus sum enim (confidens in ejus spe), quia (seu quod) neque mors (seu mortis minatio), neque vita (a persecutoribus mihi promissa), neque Angeli (sive boni sive mali cum omni potentia, sua), neque principatus, neque instantia neque futura (bona vel mala), neque (hominum vel daemonum) fortitudo,

Neque altitudo (prosperitatis) neque (miseriae) profundum, neque, (ut uno verbo dicam, ulla) alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quae (fundata) est in Christo Jesu Domino nostro (et per quam Deo jungimur et unimur. Certus sum me hac charitate non esse separandum, inquam, in eo sensu quod ex parte Dei semper vineam, si voluero, non autem in eo sensu quod semper et necessario volam.)

Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,

Neque altitudo, neque profundum neque creatura aliqua poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Jesu Domino nostro.

CAPUT IX.

Probat Apostolus justificationem neque operibus neque nativitatis juri tribuendam esse, sed soli misericordia Dei qui eam fidei tribuit. Inde reprobatio Iudeorum qui hanc fidem repulerunt, et salus Gentilium qui ei adhaeserunt.

(De necessitate fidei et insufficientia operum legis multa jam dixi et iterum dicam):

Veritatem (vobis) dico in Christo, (quem testem adjuro quod) non mentior; (et hoc affirmo), testimonium (verum) mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto,

Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia

mea in Spiritu sancto,

Quoniam tristitia mihi magna est et continuus dolor cordi meo.

Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem,

Qui sunt Israëlitae, quorum adoptio est filiorum (Dei, a quo illis data sunt) et gloria (major quam ceterarum gentium), et fœderis testamentum, et legislatio (divina), et obsequium (seu cultus a Deo ipso prescriptus), et promissa (benedictio Abrahæ);

Quorum patres et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sœcula. Amen.

Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlitæ;

Neque qui semen sunt Abra-

(quem etiam testem invoco hujus veritatis; vobis affirmo, inquam),

Quoniam (seu quod) tristitia mihi magna et continuus (est) dolor cordi meo (ob separationem multorum a Christo; et usque adeo moestus sum ut optarem seu)

Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui, (utpote Iudei), sunt cognati (mei secundum carnem, quippe)

Qui sunt Israëlitæ quorum adoptio est filiorum (Dei, a quo illis data sunt) et gloria (major quam ceterarum gentium), et fœderis testamentum, et legislatio (divina), et obsequium (seu cultus a Deo ipso prescriptus), et promissa (benedictio Abrahæ);

Quorum patres (sunt patriarchæ), et ex quibus (ortus) est Christus secundum carnem, (ille Christus) qui est super omnia (in celis elevatus) Deus (et) benedictus in (omnia) sœcula. Amen, (seu ita fiat ut sit benedictus. Quæ sit autem hujus separationis causa?)

Non autem (certo) quod exciderit (et inane fuerit) verbum (seu promissum) Dei; (Deus promissis suis non defuit; promissio enim Abrahæ facta spectabat ad illos solos qui forent vere filii Abrahæ per fidem; non enim (seu non autem) omnes qui ex Israël (nati) sunt (secundum carnem), ii sunt (vere) Israëlitæ;

Neque (ii) qui semen sunt Abrahæ omnes (sunt ejus vere) filii; sed (quando di-

xit Deus Abrahæ). « in Isaac vocabitur tibi semen, » (sufficienter indicavit mentem suam),

Id est, (quod) non qui filii (solius) carnis (essent), hi (essent vere) filii Dei; sed (quod) qui filii sunt promissionis (Abraham factæ, sicut Isaac qui non carnali sed divina virtute notus est, ut soli) aestimantur (contenti) in semine (promisso tanquam veri et soli filii Abrahæ. Ut bene promissionem intelligatis, sufficit ejus verbis attendere):

Promissionis enim verbum hoc est: « Secundum hoc tempus, (nempe anno proximo), veniam, et erit Saræ filius; (ergo soli filio Saræ, nempe Isaaco, non vero filio Agar, qui tamen erat et ipse filius Abrahæ, convenit hæc promissio):

Non sola autem illa (Sara est in exemplum prædilectionis qua Deus elegit filios promissionis præ filiis carnis); sed et Rebecca (quæ ex uno concubitu fuit) habens duos filios (qui sunt ambo filii) Isaac patris nostri, (et quorum unus tamen electus est præ altero; et hæc electio non secundum carnem, sed secundum beneficium Dei facta est; nam eo tempore facta est)

Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum (solam) electionem (non vero secundum carnem) propositum (seu decretum) Dei (ordinatum fuisse appareret, et pro certo) maneret (quod)

hæ omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen,

Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis aestimantur in semine;

Promissionis enim verbum hoc est: secundum hoc tempus veniam et erit Saræ filius.

Non sola autem illa, sed et Rebeca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri,

Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret,

Non ex operibus sed ex vocante dictum est ei :

Non ex operibus carnis nec ex propriis meritis (electus est), sed ex (solo Deo illo) vocante (per hoc aliud verbum quod ab eodem ipso Deo) dictum est ei, (scilicet Rebeccæ : dixit enim)

Quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

Quia (seu quod) major serviet minori, (ut fieret) sicut scriptum est postea apud Malachiam : Jacob (juxta beneplacitum meum libere) dilexi, Esau autem (juxta idem beneplacitum) odio habui, (id est, neglexi.) Attendite tamen hic non agi de vocatione quoad salutem et de rejectione quoad damnationem, sed tantum de electione quoad beneficia peculiaria quae nemini a Deo debentur, nempe quoad possessionem terra promissæ et nativitatem Messiae ex Iudaico semine. Unde

Quid ergo dicemus ? Nunquid iniquitas apud Deum ? Absit.

Quid ergo dicemus ? Nunquid (cum impiis dicemus quod) iniquitas (seu injustitia) apud Deum (appareat ex eo quod absque unius alteriusve meritis unum elegerit et alterum neglexerit ?) Absit (ut hoc dicamus. Ut enim Deus diceretur in justus denegando ista beneficia Esau vel cuivis alii aliud beneficium peculiare, probandum esset a Deo aliquid deberi; atqui nemini debitor est Deus : unde potuit dicere, ut revera)

Moysi enim dicit : Miserebor cujus misereor ; et misericordiam (meam) præstabo (ei) cujus miserebor ; (eligere enim est opus misericordiae, non vero justitiae ; ergo si mihi libuit electionem non ex operibus legis vel hominum sed ex meipso

pendere, annon quod volo facere potui; vel an oculus tuus nequam est his quos elegi quia ego his bonus fui ?)

Igitur (electio Isaac et Jacob et quorumvis aliorum) non (est opus hominis) volentis (eam) neque currentis (post eam); sed (solius) miserentis est Dei (opus. Quod de electione dico, similiter de non electione dicendum est, ut patet exemplo Pharaonis) :

Dicit enim Scriptura (sic Deum per os Mosis) Pharaoni (locutum fuisse) : Quia (ego prævidens te contumaciter et tamen libere obluctaturum fore divinis meis iussionibus), in hoc ipsum excitavi (seu erexi) te (in solium, non ea intentione ut peccares, sed) ut (occasione tuae malitia voluntariae) ostendam in te (severiter punito) virtutem meam, et ut annuntietur (et glorifieetur) nomen meum in universa terra (propter numerum et splendorem prodigiorum quae faciam ob puniendam et opprimendam contumaciam tuam. Poterat quidem Deus ei ignoscere, sicut aliis quibusdam regibus Nabuchodonosor et aliis condonavit ; sed cum sit liber quoad beneficia, sicut et condonare sic et condemnare potuit) ;

Ergo (ex his duobus electionis et rejectionis divinae patet quod Deus) cuius vult (revera et merito) miseretur, et (eum), quem vult (indirecte) indurare, indurat (ei denegando specialia gratiae auxilia, quibus privatus fit proclivior ad pec-

Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

Dicit enim Scriptura Pharaoni : quia in hoc ipsum excitavi te ut ostendam in te virtutem meam et ut annuntietur nomen meum in universa terra :

Ergo cuius vult miseretur et quem vult indurat.

Dices itaque mihi : quid adhuc queritur ? voluntati enim ejus quis resistit ?

candum. Sed tu, o Judæe, objicies et Dices itaque mihi : Quid adhuc (Deus) queritur, (cum ipse quem vult indurari et reprobari sinit ? Si enim peccatores sumus, nonne per voluntatem ejus tales facti sumus ; atqui) voluntati enim ejus quis resistit (seu resistere potest ? Nihil aliud quam blasphemia est istud argumentum) ;

O homo, tu quis es qui respondeas Deo ? Nunquid dicit figuratum ei qui se finxit : quid me fecisti sic ?

Annon habet potestatem figuratus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas (ut pro sit) in honorem (seu honorificum usum), aliud vero (quod pro sit in usum vilem seu) in contumeliam ? (Certe hanc potestatem habet ; ergo a pari Deus eligere potuit aliquot homines ex massa quos in honorem directe erigeret sicut Isaac, Jacob et nunc christianos, dum alias in ignobilitate et in voluntaria eorum duritia derelinqueret. Quid ergo adversus Deum concludi potest ex eo)

Quod si Deus volens ostendere iram suam et notam facere potentiam suam (eorum peccata, puriendo et præsentim postquam pœnam distulit et) sustinuit in multa patientia (illa) vasa iræ, (quæ ob suam corruptionem facta sunt) apta (et destinata) ad in-

O homo ! tu quis es qui respondeas Deo (et arguas justitiam ejus ? Nonne ejus es creatura ejus arbitrio et dominio omnino subjecta, sicut figuratum factori suo subiectum ? atqui) nunquid dicit figuratum ei qui se finxit : quid (seu quare) me fecisti sic ?

Annon habet potestatem figuratus luti, (ita ut possit) ex eadem massa facere aliud quidem vas (ut pro sit) in honorem (seu honorificum usum), aliud vero (quod pro sit in usum vilem seu) in contumeliam ? (Certe hanc potestatem habet ; ergo a pari Deus eligere potuit aliquot homines ex massa quos in honorem directe erigeret sicut Isaac, Jacob et nunc christianos, dum alias in ignobilitate et in voluntaria eorum duritia derelinqueret. Quid ergo adversus Deum concludi potest ex eo)

Quod si Deus volens (fuerit) ostendere iram suam (contra peccatores) et notam facere potentiam suam (eorum peccata, puriendo et præsentim postquam pœnam distulit et) sustinuit in multa patientia (illa) vasa iræ, (quæ ob suam corruptionem facta sunt) apta (et destinata) ad in-

teritum ? (nonne hoc potuit facere ea intentione)

Ut (ex corum justa condemnatione magnificientius) ostenderet divitias gloriae (et bonitatis) suæ in vasa misericordiae (suæ), quæ præparavit in gloriam (obtinendam ? Nonne potest sævire in induratos qui semetipsos induraverunt ? Certe, et e contra potest glorificare electos suos)

Quos et vocavit (et elegit non solum inter) nos (et) non solum ex Judæis sed etiam ex gentibus ; (et eos quidem glorificavit)

Sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam plebem meam ; et (gentem, quam habebam tanquam) non dilectam, (eam vocabo) dilectam, et misericordiam (antea) non consecutam (postea) misericordiam consecutam. (Unde ne amplius credatis, o Judæi, vos in operibus legis et in priori electione vestra quiescere posse ; haec enim electio non a vobis sed a solo Dei beneplacito processerat, et imo a vobis indignis ad gentiles translata est, ut patet ex praecedentibus et sequentibus : nam dixit Deus per eundem Prophetam) :

Et (ita) erit (seu eveniet, scilicet) : In (eodem) loco ubi dictum est eis (nempe Gentilibus) : non plebs mea vos (estis), ibi (iidem) vocabuntur filii Dei vivi. (Unde patet electionem ad Gentiles transferendam fuisse. Quoad vero Judæos, electionis gratiam perdere dehebant propter scelerata sua ; multos enim in induratione

Ut ostenderet divitias gloriae suæ in vasa misericordiae que præparavit in gloriam,

Quos et vocavit nos non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus,

Sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam dilectam, et non misericordiam misericordiam consecutam.

Et erit : In loco ubi dictum est eis : Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi :

sua relinquendos fore annuntiatum erat ; nam)

Isaías autem clamat pro Israël : Si fuerit numerus filiorum Israël (secundum carnem) tanquam rena (quæ est in littore) maris, reliquiæ (tantum seu paucissimæ familie eorum) (ad fidem convertentur et) salvæ fient. (Hoc)

Verbum enim consummans (seu perficiens Deus) ; et (erit) abbrevians (seu minuens numerum electorum Judæorum, et hoc faciet) in æquitate ; (iterum dicam) quia (seu quòd) verbum (seu populum judaicum) breviatum (et exiguum) faciet Dominus super terram;

Et sicut prædictus Isaías : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis aliquod semen (gentis nostræ, funditus eversi) sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorrah similes fuissemus. (Ex his dictis)

Quid ergo diceamus ? quòd Gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ (non ex operibus provenit sed quæ) ex fide (orta est, dum e contra)

Israël vero sectando legem (mosaicam, quæ est lex) justitiæ (quoad præcepta iusta quæ continet), in legem (Christi, qui est auctor et fons) justitiæ, non pervenit.

Verbum enim (erit) consummans (seu perficiens Deus) ; et (erit) abbrevians (seu minuens numerum electorum Judæorum, et hoc faciet) in æquitate ; (iterum dicam) quia (seu quòd) verbum (seu populum judaicum) breviatum (et exiguum) faciet Dominus super terram, (sicut jam nunc patet)

Quare (autem veram justitiam Judæi non sunt consecuti ?) quia non (quaesiverunt eam) ex fide (in Christum qui solus justificat), sed quasi (omnino) ex operibus (legis suæ expectaverunt. Cum autem, Deo volente, sola in Christum fides sit principium veræ justitiae, Christi adventus fuit eis causa perditionis quia in eum non crediderunt : unde in eum) offendierunt enim (quasi) in lapidem, (qui eis fuit causa) offensionis (et ruinæ).

Sicut scriptum est : Ecce pono in Sion (Christum meum, qui fiet in) lapidem offensionis et (in) petram scandali (his qui in illum fidem non habebunt) ; et (e contra) omnis qui credit (aut credet) in eum non confundetur (in sua spe salutis. Ergo per fidem in Christum venit justitia ; atqui fides est donum Dei gratuitum ; ergo nec Judæi ex operibus legis nec Gentiles ex propriis meritis justitiam expectare debent).

Quare ? quia non ex fide, sed quasi ex operibus : offenderunt enim in lapidem offensionis,

Sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali ; et omnis qui credit in eum non confundetur.

CAPUT X.

Declarat Apostolus 1º Justitiam per fidem acquisitam multò antecellere justitiam legis mosaicæ ; 2º Judeos æque ac Gentiles ad fidei justitiam vocatos fuisse, Gentiles autem eam accepisse dum a Judæis rejecta fuerit.

(Si dixero majorem Judæorum partem reprobatam fuisse, ne putetis me illa reprobatione gaudere ; e contra)

sua relinquendos fore annuntiatum erat ; nam)

Isaías autem clamat pro Israël : Si fuerit numerus filiorum Israël (secundum carnem) tanquam rena (quæ est in littore) maris, reliquiæ (tantum seu paucissimæ familie eorum) (ad fidem convertentur et) salvæ fient. (Hoc)

Verbum enim consummans (seu perficiens Deus) ; et (erit) abbrevians (seu minuens numerum electorum Judæorum, et hoc faciet) in æquitate ; (iterum dicam) quia (seu quòd) verbum (seu populum judaicum) breviatum (et exiguum) faciet Dominus super terram;

Et sicut prædictus Isaías : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis aliquod semen (gentis nostræ, funditus eversi) sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorrah similes fuissemus. (Ex his dictis)

Quid ergo diceamus ? quòd Gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ (non ex operibus provenit sed quæ) ex fide (orta est, dum e contra)

Israël vero sectando legem (mosaicam, quæ est lex) justitiæ (quoad præcepta iusta quæ continet), in legem (Christi, qui est auctor et fons) justitiæ, non pervenit.

Quare (autem veram justitiam Judæi non sunt consecuti ?) quia non (quaesiverunt eam) ex fide (in Christum qui solus justificat), sed quasi (omnino) ex operibus (legis suæ expectaverunt. Cum autem, Deo volente, sola in Christum fides sit principium veræ justitiae, Christi adventus fuit eis causa perditionis quia in eum non crediderunt : unde in eum) offendierunt enim (quasi) in lapidem, (qui eis fuit causa) offensionis (et ruinæ).

Sicut scriptum est : Ecce pono in Sion (Christum meum, qui fiet in) lapidem offensionis et (in) petram scandali (his qui in illum fidem non habebunt) ; et (e contra) omnis qui credit (aut credet) in eum non confundetur (in sua spe salutis. Ergo per fidem in Christum venit justitia ; atqui fides est donum Dei gratuitum ; ergo nec Judæi ex operibus legis nec Gentiles ex propriis meritis justitiam expectare debent).

Quare ? quia non ex fide, sed quasi ex operibus : offenderunt enim in lapidem offensionis,

Sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali ; et omnis qui credit in eum non confundetur.

CAPUT X.

Declarat Apostolus 1º Justitiam per fidem acquisitam multò antecellere justitiam legis mosaicæ ; 2º Judeos æque ac Gentiles ad fidei justitiam vocatos fuisse, Gentiles autem eam accepisse dum a Judæis rejecta fuerit.

(Si dixero majorem Judæorum partem reprobatam fuisse, ne putetis me illa reprobatione gaudere ; e contra)

Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem :

Testimonium enim perhibeo illis quod aemulatio nem Dei habent, sed non secundum scientiam.

Ignorantes enim justitiam Dei et suam querentes statuere, justitia Dei non sunt subjecti.

Finis enim legis Christus ad justitiam omnium credenti.

Moyses enim scripsit quoniam justitiam quae ex lege est qui fecerit homo, vivet in ea

Fratres (mei,) voluntas quidem cordis mei (Judæis benigna est), et (a me quotidie) obsecratio ad Deum fit pro illis (ut adducantur) in salutem : (hoc)

Testimonium enim (libenter et sincere) perhibeo (de) illis quod (magnam) aemulationem (pro observanda lege) Dei habent; sed (haec aemulatio) non (dirigitur) secundum (veram et completam) scientiam. (In hoc enim peccat illorum aemulatio quod)

Ignorantes enim (vera media acquirendi veram) justitiam, et suam (propriam justitiam ex vi operum) querentes statuere, (veræ et soli) justitiae Dei, (quæ non ex operibus legis mosaicæ sed ex fide in Christum derivatur,) non sunt subjecti. (Considerantes solam legis litteram, non intellexerunt ejus spiritum et finem quæ eos ad Christum et ejus fidem adduxissent) :

Finis enim legis (Mosaicæ est) Christus, (ad quem lex tendit tanquam) ad (suum propitiatorem qui dat) justitiam omni credenti (in eum). Et videte quanto facilior obtentu sit haec justitia quam justitia legalis! Nam quoad justitiam legalem,

Moyses enim scripsit, quoniam (seu quod) justitiam, quæ ex lege est (præscripta), qui fecerit (et ejus præcepta adimplerit, ille) homo vivet in ea; (atqui nonnisi difficillime tota adimplebatur propter ejus præceptorum et observantium multiplicitudinem; et insuper vita, quæ eam adimplenti promittitur, nihil aliud

est quam vita prospera hujus mundi. Multo autem magis ad manum et multo facilius est observanda lex Christi seu illa)

Quæ autem ex fide est justitia; (illud indicat ipse Moyses prophetice, cum) sic dicit (populo suo) : Ne dixeris in corde tuo : « Quis ascendet in cœlum », id est, (ut valeat) Christum (inde) deducere (qui nobis justitiam afferat) ?

Aut quis descendet in abyssum, hoc est (in eodem dupli sensu quo supra, ut inde possit) Christum a mortuis revocare (qui nos justificet? Non opus est ut quis hunc laborem suscipiat ad justitiam nobis obtainendam ; nam)

Sed quid dicit Scriptura : Prope (te ipsum) est verbum (quod et credere debes ut justificeris; sufficit ut illud confitearis) in ore tuo, et in corde tuo (illud credas); hoc est (totum) verbum (et) fidei (compendium) quod predicamus, scilicet)

Quia (seu quod) si confitearis in ore tuo Dominum (nostrum esse) Jesum (Christum), et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis : (quod si credideris in corde et opere confessus fueris), salvus eris. (Dixi : si credideris et confitearis) ;

Corde enim creditur ad justitiam; ore autem confessio, (utpote fidei necessario adjungenda), fit (seu fieri debet) ad salutem (consequendam. Et haec fides, omnibus necessaria, omnibus accessibilis est) :

Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : quis ascendet in cœlum ? id est, Christum deducere :

Aut quis descendet in abyssum ? hoc est Christum a mortuis revocare.

Sed quid dicit Scriptura : Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo ; hoc est verbum fidei quod predicamus,

Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum et in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.

Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem ;

Dicit enim Scriptura : « Omnis qui credit in illum non confundetur » ;

Non enim est distinctio Iudei et Graeci; nam idem Dominus omnium dives in omnes qui invocant illum :

« Omnis enim qui invocaverit nomen Domini salvis erit.

Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?

Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur, sicut scriptum est :

Dicit enim Scriptura : (quòd) « Omnis qui credit in illum (Jesum Christum, in sua spe) non confundetur : dicit « omnis »),

Non enim est, (quoad fidei vocationem, illa) distinctio Iudei et Graeci (a Deo facta); nam idem (est) Dominus omnium (sive Judæorum sive Gentilium, et æqualiter) dives (seu generosus) in omnes qui credunt in eum et invocant illum, (teste adhuc Scriptura per os Joëlis dicentis) :

Omnis enim qui invocaverit nomen Domini (sicut oportet, nempe cum fide, spe et charitate,) salvus erit. (Ergo ex Scriptura concludendum est justitiam acquiri per fidem junctam cum confessione externa proindeque fidem ab operibus non esse immunem. Ex prophetiis supra citatis patet justitiam omnibus indistincte esse propositam; ergo Gentibus sicut et Iudeis prædicanda est; Gentiles enim)

Quomodo ergo invocabunt (eum) in quem (a priori) non crediderunt? aut (etiam) quomodo credent ei (Christo) quem (non neverunt et de quo) non audierunt? (et) quomodo (de illo) audient sine (aliquo illum) prædicante? (Ergo Gentibus sicut et vobis prædicatores mittere debuit siquidem 4º omnes ad salutem vocat, et 2º nullus ad prædicationem jus habet nisi a Deo mittatur : nam)

Quomodo vero (et quo alio jure) prædicabunt nisi mittantur (a Deo? nos autem ab eo missos esse satis patet ex miraculis

quibus missionem nostram confirmavit; et de istis hodiernis præparatoribus prophetice loquebatur Isaías, cum exclamaret (sicut scriptum est : « Quam speciosi (sunt) pedes evangelizantium (Dei) pacem (cum hominibus factam, et) evangelizantium bona (quæ illis afferet redemptio.) » Ne ergo amplius mirum sit vobis, si Gentibus sicut et vobis prædicamus).

Sed (forsitan dicetis : Si tam gratus est Evangelii adventus, cur) non omnes obediunt Evangelio? (Fateor non omnes illi obedire; sed quid inde concludendum est nisi contra inobedientes? Hanc inobedientiam prædixerat) Isaías; (cum) enim dicit (tum jam re ipsa de sua ipsius, tum propheticæ de nostra prædicatione) : « Domine, quis credidit auditui (seu verbo) nostro? » Ex quibus Isaiae verbis, per transennam, concludo quòd

Ergo fides ex (verbi) auditu (procedit. Sed, ut redeamus ad quæstionem de prædicatione Gentilibus facienda, dico : omnium) auditus autem (potuit accipere hanc fidem) per verbum (quod omnibus annuntiamus in nomine) Christi; (fateor, inquam, non omnes isti verbo obedire),

Sed (confidenter dicere possum et) dico : Nunquid non (omnes) audierunt et (audient?) Certe audierunt et audire debent, si quidem (Scriptura prædicta quòd) in omnem terram exivit (seu exhibuit) sonus (vocis) eorum (prædicatorum), et in fines orbis terræ (audientur) verba eorum. (Hoc

« Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. »

Sed non omnes obediunt Evangelio : Isaías enim dicit : Quis credidit auditui nostro?

Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi;

Sed dico : Nunquid non audierunt et quidem in omnem terram exivit sonus eorum et in fines omnis terræ verba eorum :

de seipsis dictum esse non soli Gentiles agnoscere potuerunt) :

Sed ego dico : Nunquid Israel non cognovit ? Primus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.

Sed ego (vobis Judæis dicere possum et) dico : Nunquid (seu an et) Israel (hoc verbum prædicationis a Gentilibus sicut ab ipsis audiendum fore) non cognovit (ex Prophetis ? Certe cognoscere potuit, si quidem) primus (eorum Propheta) Moyses (illis in nomine Dei) dicit : Ego ad æmulationem vos adducam, (et invidiam vestram indirecte suscitabo) in (gentem, quam) non (usque adhuc vocavi meam) gentem ; in gentem, (inquam, vestris oculis et meis) insipientem (propter idola quæ coluit, vos suscitabo, et contra eam) in iram vos mittam (eam vocando) ad fidei participationem. At non solus ita Moyses) ;

Isaias autem audit et dicit : Inventus sum a non quærentibus me ; palam apparui iis qui me non interrogabant.

Isaias autem (ipse dicere) audet et dicit (in nomine Dei et Jesu Christi) : « Inventus sum a non quærentibus me ; palam apparui (et meipsum manifestavi) iis qui me (pro idolis suis relinquebant, et) non (me sed ea in rebus dubiis) interrogabant. (Unde Gentilium vocationem aperte cognoscere debuistis. De vobis autem quid scriptum est ? Hoc scilicet, quod)

Ad Israel autem dicit : « Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem ».

Ad Israel autem (per os Isaiæ) dicit : « Tota die (seu toto tempore, quo ego Christus cum Judæis versatus sum, expandi (et expando) manus meas (et munera mea) ad populum (Judaicum ut illum in sinu fidei et gratiae meæ recipierem ; et semper inveni eum mihi et Apostolis meis non tantummodo) non credentem (sed)

et contradicentem.) (Ergo culpa vestra in incredulitate remanetis : aliunde probavi justitiam per fidem acquiri et Gentilibus fuisse promissam ; ergo graviter erratis dum contenditis 1º eam per opera legis acquirendam esse, et vobis 2º solis, Gentilibus exclusis, esse a Deo destinatam.)

CAPUT XI.

Declarat Apostolus : 1º non omnes Judæos a fide repulsos esse ; 2º illos ad fidem adduci posse, si velint ; 3º multos jam conversos esse et reliquos sub mundi fine convertendos.

(Ne autem, o Judæi, in desperationem vos cadere sinatis.)

Dico ergo (vobis) : Nunquid Deus (omnino et in perpetuum) repulit populum suum ? Absit (ut hoc credatis). Nam (nonne) et ego Israelita sum, (ortus) ex semine Abraham de tribu Benjamin ? (et tamen ego Christianus factus sum et multi mecum. Certe)

Non repulit Deus plebem suam (totam, sed illius partem servavit) quam præscivit (Christi fidem amplexuram). An nescitis (et annon legistis) in Elia quid dicit Scriptura, (et) quemadmodum (ille Elias) interpellat Deum adversum Israel, (et quid ei Deus respondeat) ?

« Domine, (inquit Elias, vides quod Judæi) prophetas tuos occiderunt, (quod) altaria tua suffoderunt (et everterunt), et (quod) ego relicitus sum solus (tibi fidelis), et (quod) querunt (perdere vitam seu animam meam). »

Dico ergo : Nunquid Deus repulit populum suum ? Absit. Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin.

Non repulit Deus plebem suam quam præscivit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversum Israel ?

« Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relicitus sum solus et querunt animam meam. »

Sed quid dicit illi divinum responsum? Reliqui mihi septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal.

Sic ergo et in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae salvæ factæ sunt.

Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia.

Quid ergo? quod quærebat Israel hoc non est consecutus; electio autem consecuta est; cæteri vero excæcati sunt.

Sicut scriptum est: « Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant usque in hodiernum diem. »

¹ Scilicet in Samaria; de aliis enim qui in Iudea erant non loquitur Deus: Ex hoc textu Lutherus et Calvinus concludebant Ecclesiam Dei non fuisse semper visibilem; hoc autem falsum est; tunc enim verus Dei cultus sub Josaphat in Iuda aperte florebat.

Sed quid dicit illi divinum responsum? Reliqui (et servavi) mihi septem (seu multa) millia virorum ¹ qui non curvaverunt genua (sua) ante Baal:

Sic ergo, et in hoc tempore, reliquiae (animæ, etsi præ innumeris incredulis paucæ), secundum electionem (gratuitam) gratiæ (Dei) salvæ factæ sunt (et fient, modo gratiæ Dei cooperentur. Dixi per electionem gratiæ illos salvandos esse);

Si autem gratia (eos elegit et ad fidem adduxit), jam non ex operibus (legis aut propriis meritis adducti sunt); alioquin gratia (justificationis) jam non (vocanda) est gratia, (sed merces merito debita).

Quid ergo (inde concludendum est)? Il- lud scilicet: quod quærebat Israel (ex operibus legis), hoc non est consecutus; electio autem (seu pars populi, quam Deus elegit, sola eam justificationem) consecuta est (quia eam a fide petivit): cæteri vero (Iudei, a Deo indirecte et per se directe fidem repellentes) excæcati sunt,

Sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis (seu pertinaciæ; sinivit excæcari eorum) oculos, (ita) ut non videant (viam et lumen quæ sequi debuerint); et (sinivit) aures (animi et cordis eorum intercludi ita) ut non audiant (ea quæ sunt Dei; et hæc cæcitas et surditas

a tempore Christi) usque in hodiernum diem (perseveravit. Non solum Isaias hæc prædictis, sed)

Et David (ipse) dicit: « Fiat (seu fiet) mensa (spiritualis) eorum, (nempe Scriptura quam in deliciis habebant sed in qua Christum noluerunt agnoscere, fiet illis, inquam,) in laqueum (ubi quasi pisces involventur) et in captionem (eorum) et in scandalum et in (justam) retributionem illis (debitam pro eorum incredulitate: ita ut)

Obscurerentur oculi eorum ne videant (lumen tuum, quod ubique lucet in ea Scriptura); et dorsum (seu mentem) eorum (ad terrena) semper incurva (seu incurvari sines, ita ut ad cœlestia non erigantur. Cum hæc a Davide et Isaia dicta sint, per modum objectionis et ad propositum rediens)

Dico ergo: Nunquid (Iudei) sic offendierunt (in petram scandalum) ut caderent, (sine ulla spe ad justitiam resurgendi)? Absit (ut hoc credatis; nam 1º ad justitiam resurgent qui vivent sub fine mundi; et 2º ipsa ruina eorum qui ceciderunt non erit cæteris Iudeis utilis); sed illorum delicto (uti voluit Deus tanquam occasione qua) salus est (allata) Gentibus, (et ea mente) ut (Iudei, suas videntes promissiones a se auferri et ad Gentes transmitti, resipiscant et) illos æmulentur (in conversione ad fidem). Unde sequetur

Quòd si delictum (et calamitas) illorum

Quòd si delictum

Et David dicit: fiat mensa eorum in laqueum et in captionem et in scandalum et in retributionem illis :

Obscurerantur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva.

Dico ergo: Nunquid sic offendierunt ut caderent? Absit; sed illorum delicto salus est gentibus ut illos æmulentur.

illorum divitiae sunt mundi et diminutio eorum divitiae Gentium, quanto magis plenitudo eorum?

Vobis enim dico Gentibus: quandiu quidem ego sum Gentium a postulus, ministerium meum honorificabo,

Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex illis.

Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis?

Quòd si delibatio sancta est, et massa; et si radix sancta, et rami.

(qui ceciderunt) divitiae (facta) sunt (totius) mundi, et (si) diminutio eorum (facta) est occasio conversionis et) divitiae Gentium, quanto magis (ditabitur mundus et extendetur Dei gloria quando) plenitudo (seu totalitas) eorum (Judæorum exemplo Gentilium ad conversionem adducetur?) Inde, vos, o Judæi, hoc Gentium exemplo ad æmulationem vos provoke; et vos, o Gentiles, incitamini non ad insultandum Judæis sed ad eos convertendos.)

Vobis enim dico Gentibus (in quantum potero): quandiu *quidem* ego sum (et ero) gentium Apostolus, ministerium meum (quam plurimis conversionibus) honorificabo, (non tantum pro salute vestra sed cum ea spe, scilicet)

Si (seu ut ali)quo modo ad (vos) æmulandum provocem carnem (seu gentem) meam, et salvos faciam aliquos ex illis. (Ego totis viribus meis et vos huic Judæorum conversioni incumbere debemus);

Si enim (rejectio et) amissio eorum reconciliatio (facta) est mundi (et sic mundo magnam attulit lætitiam), quæ (erit eorum ad fidem) assumptio (seu resurrectio) nisi (tanquam) vita (nova rediens eis qui erant) ex mortuis, (proindeque multo adhuc majoris lætitiae causa?) Hanc ergo Judæorum conversionem valde desiderare debetis, o Gentiles, et eo magis)

Quòd (magna sit spes eam obtinendi; nam) si delibatio (seu origo eorum) sancta est, (ut revera fuit in Patriarchis et

Prophetis, igitur) sancta est, (saltem in semine), et massa (seu gens tota); et si (ejus) radix sancta est, et rami (quoque sancti esse censentur propter unionem moralem qua patrum suorum sanctitati participant).

Quòd si aliqui ex (istis) ramis fracti sunt (et a radice revulsi, dum) tu autem, (o Gentilis), cum oleaster es, insertus es in illis (ramis qui remanebant in arbore), et socius radicis et pinguedinis olivæ (seu gratiæ particeps) factus es,

Noli gloriari adversus ramos (qui fracti sunt): quòd si gloriaris, (certe immerito; nam) tu non radicem portas, sed radix te (portat gratis; proindeque si ramis naturalibus ob infidelitatem eorum Deus non pepercit, et tu ob superbiam tuam a fortiori evelleris. Sed forsitan)

Dices ergo: (Nonne) fracti sunt rami ut ego inserar?

Bene (et recte dicis; sed cum Judæi) propter incredulitatem (suam) fracti sunt, tu autem (qui) fide (inhæres radici et) stas, noli altum sapere, sed time (ne superbia tua fidem a te executiat):

Si enim Deus naturalibus ramis (nempe Judæis) non pepercit, (tibi et a fortiori timendum est) ne forte nec tibi pareat. (Si autem vis fidem servare, sæpe meditare et)

Vide ergo bonitatem (ex una parte), et (ex altera) severitatem Dei, (1^o) in eos quidem

Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem, cum oleaster es, insertus es in illis, et socius radicis et pinguedinis olivæ factus es,

Noli gloriari adversus ramos; quòd si gloriaris, tu non radicem portas sed radix te.

Dices ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar.

Bene; propter incredulitatem fracti sunt; tu autem fide stas; noli altum sapere sed time.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

Vide ergo bonitatem et severitatem et

tem Dei, in eos quidem qui ceciderunt severitatem, in te autem bonitatem Dei si permanseris in bonitate; alioquin et tu excideris.

Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens est enim Deus inserere illos:

Nam si tu ex naturali excusis es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis (et aptius) ii, qui secundum naturam (et originem suam ad olivam pertinent), inserentur (iterum) sue olivæ? (Et certe sic dem multos inserendos fore);

Nolo enim vos ignorare, fratres; (et) mysterium hoc (quod ad eorum conversionem spectat vobis aperiam), ut non sitis (de salute, quæ) vobis ipsis (advenit, nimis) sapientes (seu superbi et Judæis insultantes: vobis igitur revelabo) quia (seu quod haec) cæcitas ex parte (seu aliquibus Judæis) contigit in Israel (tantummodo ad tempus ut conversioni Gentium locum daret et) donec plenitudo (harum) Gentium

qui ceciderunt severitatem (Dei, et 2º) in te autem bonitatem Dei (quæ te olivæ inseruit; hæc meditare ut per humilitatem et gratiarum actiones fidem tuam servare possis; nam hac sola conditione in oliva conservaberis, scilicet) si permanseris in (statu fidei quo adductus es a) bonitate Dei; (nam nisi perstiteris,) alioquin et tu excideris (sicut Judæi). Ne ergo contra Ju-dæos superbias, siquidem 1º et tu cadere et evelli potes,

Sed (2º) et illi (Judæi), si non permanserint in (sua) incredulitate, (iterum bonæ olivæ) inserentur; potens est enim Deus inserere illos:

Nam si tu, (cum) ex naturali excusis es oleastro, (tamen) et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis (et aptius) ii, qui secundum naturam (et originem suam ad olivam pertinent), inserentur (iterum) sue olivæ? (Et certe sic dem multos inserendos fore);

Nolo enim vos ignorare, fratres; (et) mysterium hoc (quod ad eorum conversionem spectat vobis aperiam), ut non sitis (de salute, quæ) vobis ipsis (advenit, nimis) sapientes (seu superbi et Judæis insultantes: vobis igitur revelabo) quia (seu quod haec) cæcitas ex parte (seu aliquibus Judæis) contigit in Israel (tantummodo ad tempus ut conversioni Gentium locum daret et) donec plenitudo (harum) Gentium

(in viam salutis) intraret; sed scitote etiam quod postea)

Et sic (implete) Gentilium numero, a Deo decretum est ut) omnis Israel, (excepta forsan tribu Dan de qua inter millia signatorum mentio non facta est), salvus fieret (sub mundi finem,) sicut scriptum est (in Isaia): « Veniet ex Sion (Salvator) qui eripiat et avertat impietatem a Jacob. »

Et hoc illis a me (datum) testamentum (imblebitur), cum abstulero peccata eorum (primò in priori adventu Christi, ubi aliquot convertentur, et in posteriori sub mundi finem ubi fere omnes ad salutem venient. Quamvis enim)

Secundum (seu propter rejectum ab eis) Evangelium (facti sunt) quidem inimici (Dei qui eos repulit) propter vos (in loco eorum vocando, certum est tamen quod) secundum autem (et propter) electionem (qua Deus eos elegit ut essent populus ejus, ei sunt etiam nunc) charissimi propter (eorum) patres (quibuscum fœdus pepigit et quibus promissa sua dedit. Et hæc promissa adimplebit);

Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei. (Et nunc vos, o Judæi, ne erubescatis ad Deum occasione Gentilium accedere; nec vos, o Gentiles, superbiant et inflemini adversus Judæos);

Sicut enim aliquando et vos, (o Gentiles, qui olim) non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum,

Et sic omnis Israel salvus fieret sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat et avertat impietatem a Jacob.

Et hoc illis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum.

Secundum E-vangelium qui-dem inimici pro-pter vos, secun-dum electionem autem charissimi propter patres.

Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei.

Sicut enim ali-quando et vos non credidistis Deo, nunc autem mi-sericordiam con-

secuti estis propter incredulitatem illorum,

Ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei ! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viæ ejus !

Quis enim cognovit sensum Domini aut quis consiliarius ejus fuit ?

Aut quis prior dedit illi (aliquid ? surgat et dicat,) et (merces) retribuetur ei. (Sed nemo dedit ei),

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in sæcula. Amen.

Ita et isti (Judæi) nunc non crediderunt, (ut eorum incredulitas verteretur) in vestram (conversionem per Dei) misericordiam ; (et vicissim exemplo vestro fieri potest) ut et ipsi (Judæi) misericordiam consequantur. (Sic et ea intentione)

Conclusit enim (seu concludi sinivit) Deus omnia, (scilicet Judæos et Gentiles), in (momentanea) incredulitate, ut (manifeste appareret quod omnibus opus fuit ut) omnium misereatur, (proindeque quod nemo sua justificatione superbire debet. Tam præclaro providentiae et misericordiae ordine intellecto, nonne exclamandum est ?)

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei ! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viæ ejus !

Quis enim cognovit sensum (et consilia) Domini ! aut quis consiliarius ejus fuit ?

Aut quis prior dedit illi (aliquid ? surgat et dicat,) et (merces) retribuetur ei. (Sed nemo dedit ei),

Quoniam ex ipso (tanquam creatore), et per ipsum (tanquam conservatorem), et in ipso (tanquam fine) sunt omnia (entia creata ; ergo nemo coram ipso gloriari potest, sed ab omnibus) ipsi (reddenda est) gloria in (omnia) sæcula. Amen.

CAPUT XII.

Hortatur Apostolus fideles ut justitiae mores suos accommodent et media indicat quibus haec accommodatio fiat. Illis commendat, officia quae implenda sunt erga Deum, erga proximum et erga se ipsum, indicans charitatem et humilitatem esse tanquam compendium cæterarum virtutum.

Obsecro itaque vos, fratres, per (et propter) misericordiam (quam accepistis ex bonitate) Dei, ut (grati sitis erga eum, et ita vivatis ut) exhibeatis (et illi consecratis) corpora vestra (tanquam) hostiam viventem, (mortificantes sensus et eos spiritui subjicientes, tanquam hostiam) sanctam, (ea corpora cultui Dei applicantes ita ut ea faciat hostiam huic) Deo placentem ; (denique fiat spiritale et) rationabile, (non vero corporale ut olim Judæorum), obsequium vestrum.

Et nolite conformari huic sæculo, (terrena præ coelestibus quarentes) ; sed (per mortificationem affectuum pravorum pristinæ viæ vestre) reformamini in novitate sensus (seu spiritus) vestri, (novos mores et novos homines induentes), ut (sic renovati magis a Deo illuminemini et) probetis (seu distinguatis) quæ sit (erga vos) voluntas Dei, (et ingrediamini viam quæ est) bona et (Deo) beneplacens et perfecta. Porro ut vos hanc voluntatem doceam,

Dico enim per gratiam (et auctoritatem) quæ data est mihi, (utpote Apostolo vestro,

Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum;

Et nolite conformari huic sæculo, sed reformati in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta.

Dico enim per

secuti estis propter incredulitatem illorum,

Ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei ! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viæ ejus !

Quis enim cognovit sensum Domini aut quis consiliarius ejus fuit ?

Aut quis prior dedit illi (aliquid ? surgat et dicat,) et (merces) retribuetur ei. (Sed nemo dedit ei),

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in sæcula. Amen.

Ita et isti (Judæi) nunc non crediderunt, (ut eorum incredulitas verteretur) in vestram (conversionem per Dei) misericordiam ; (et vicissim exemplo vestro fieri potest) ut et ipsi (Judæi) misericordiam consequantur. (Sic et ea intentione)

Conclusit enim (seu concludi sinivit) Deus omnia, (scilicet Judæos et Gentiles), in (momentanea) incredulitate, ut (manifeste appareret quod omnibus opus fuit ut) omnium misereatur, (proindeque quod nemo sua justificatione superbire debet. Tam præclaro providentiae et misericordiae ordine intellecto, nonne exclamandum est ?)

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei ! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viæ ejus !

Quis enim cognovit sensum (et consilia) Domini ! aut quis consiliarius ejus fuit ?

Aut quis prior dedit illi (aliquid ? surgat et dicat,) et (merces) retribuetur ei. (Sed nemo dedit ei),

Quoniam ex ipso (tanquam creatore), et per ipsum (tanquam conservatorem), et in ipso (tanquam fine) sunt omnia (entia creata ; ergo nemo coram ipso gloriari potest, sed ab omnibus) ipsi (reddenda est) gloria in (omnia) sæcula. Amen.

CAPUT XII.

Hortatur Apostolus fideles ut justitiae mores suos accommodent et media indicat quibus hæc accommodatio fiat. Illis commendat, officia quæ implenda sunt erga Deum, erga proximum et erga se ipsum, indicans charitatem et humilitatem esse tanquam compendium cæterarum virtutum.

Obsecro itaque vos, fratres, per (et propter) misericordiam (quam accepistis ex bonitate) Dei, ut (grati sitis erga eum, et ita vivatis ut) exhibeatis (et illi consecratis) corpora vestra (tanquam) hostiam viventem, (mortificantes sensus et eos spiritui subjicientes, tanquam hostiam) sanctam, (ea corpora cultui Dei applicantes ita ut ea faciat hostiam huic) Deo placentem ; (denique fiat spiritale et) rationabile, (non vero corporale ut olim Judæorum), obsequium vestrum.

Et nolite conformari huic sæculo, (terrena præ coelestibus quærentes) ; sed (per mortificationem affectuum pravorum pristinæ viæ vestre) reformamini in novitate sensus (seu spiritus) vestri, (novos mores et novos homines induentes), ut (sic renovati magis a Deo illuminemini et) probetis (seu distinguatis) quæ sit (erga vos) voluntas Dei, (et ingrediamini viam quæ est) bona et (Deo) beneplacens et perfecta. Porro ut vos hanc voluntatem doceam,

Dico enim per gratiam (et auctoritatem) quæ data est mihi, (utpote Apostolo vestro,

Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum;

Et nolite conformari huic sæculo, sed reformati in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta.

Dico enim per

est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum (nec idem munus implendum) habent;

Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra,

Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes; sive prophetiam secundum rationem fidei;

dico, inquam), omnibus qui sunt inter vos (Romæ degentes, quod) non plus (debetis) sapere (seu presumere) quam oportet sapere, (ita ut non vos ingeratis alicui muneri cuius aptitudinem et gratiam non accepistis;) sed (debetis) sapere (et de vobis sentire, tantummodo) ad sobrietatem (et non ultra quod potestis); et unicuique (cura esse debet ut in sua vocatione permaneat; et), sicut Deus (ei largitus est seu) divisit, (laboret, non excedens) mensuram fidei (quam adimplendam accepit. Non omnes easdem gratias accepimus, nec proinde eadem munera implere possemus. Ut illud pateat, adduco exemplum :)

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, (et) omnia autem (hujus corporis) membra non eundem actum (nec idem munus implendum) habent;

Ita (nos, etsi) multi, unum corpus sumus (per fidem coadunati) in Christo (capite nostro); singuli autem, (sumus) alter alterius membra, (non easdem gratias nec eadem munera habentes; sumus)

Habentes autem donationes, secundum (differentem) gratiam quae data est nobis, (inter se) differentes. (Utatur igitur unusquisque donatione quam accepit, sed alias non ambiat.) Sive (quis) prophetiam (seu donum) explicandi Scripturas et ventura acceperit, maneat in cultura istius doni, utens illo) secundum rationem (et mensuram) fidei (quam ei Deus impertivit);

Sive (alter) ministerium (aliquid in Ecclesia exercendum acceperit, maneat) in (illo) ministrando; sive (quis acceperit scientiam unde alios) docet, (maneat) in doctrina (exponenda et explicanda; item)

Qui (gratiam accepit unde alios efficaciter) exhortatur, in exhortando (proximum totus incumbat et maneat); qui (eleemosynas) tribuit, (illas distribuat) in simplicitate (cordis sui et sine personarum acceptione); qui (vi suæ vocationis) præst (fratribus in Ecclesiæ collectis, eis præsit) in sollicitudine (ea quæ omnia omnibus providet); qui miseretur (ægrorum aut infirmorum aut peregrinorum, munus suum exerceat non cum tristitia sed) in hilaritate (cordis et vultus sui). Hæ sunt virtutes, quæ quoscunque prælatos decent: nunc ad virtutes et officia quæ ad omnes specant deveniamus. Diligite vos invicem, et)

Dilectio (vestra sit sincera et) sine simulatione; (estote) odientes malum (quod est Deo aut proximo oppositum, et) adhaerentes bono. (Estote)

Charitate fraternitatis (vos) invicem diligentes, honore invicem (vos) prævenientes (ita ut vosmetipsos cæteris minores estimetis, eis primum in mensa accubitum concedentes; in)

Sollicitudine, (quam proximo adjuvando debetis, estote) non pigri (sed alacres; estote in) spiritu ferventes (et prompti ad execunda officia vestra, ut decet christi-

Sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina;

Qui exhortatur, in exhortando; qui tribuit, in simplicitate; qui præst, in sollicitudine; qui miseretur, in hilaritate.

Dilectio sine simulatione; odientes malum, adhaerentes bono.

Charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes;

Sollicitudine nou pigri, spiritu ferventes, Domino servientes

Spe gaudentes,
in tribulatione pa-
tientes, orationi
instantes,

Necessitatibus
sanctorum com-
municantes, ho-
spitalitatem se-
ctantes.

Benedicite per-
sequentibus vos ;
benedicite et no-
lite maledicere;

Gaudere cum
gaudentibus, flere cum
flentibus ; (estote)

Idipsum invi-
cem sentientes,
non alta sapien-
tes; sed humili-
bus consentien-
tes. Nolite esse
prudentes apud
vosmetipsos ;

Nulli malum pro
malo reddentes,
providentes bona
non tantum cor-
ram Deo sed etiam
coram omni-
bus hominibus.

Si fieri potest,
quod ex vobis est,

anos) Domino (et non sibi) servientes. (Es-
tote etiam in)

Spe (gloriae vobis a Deo reservatae) gau-
dentes, in (omni) tribulatione (propter
hanc spem) patientes, orationi instantes
(et in ea perseverantes. Estote)

Necessitatibus sanctorum (seu fratum
compatientes et de bonis vestris) commu-
nicantes, hospitalitatem sectantes (et pere-
grinos, uti Abraham, ad vos intrare co-
gentes).

Benedicite consequentibus vos, benedi-
cite (eis) et nolite (eis ex zelo vindictae)
maledicere. Oportet vos)

Gaudere cum gaudentibus, flere cum
flentibus ; (estote)

Idipsum (seu eodem bono animo pro)
invicem sentientes, (aliis optantes eadem
quaे pro vobis ; estote) non alta (et hono-
rem ambientes et de vobis nimis) sapien-
tes; sed (e contra estote) humilibus (con-
descendentes et) consentientes; (et) nolite
(credere vos) esse (tam) prudentes apud
vosmetipsos (seu ex vobis metipsos, ut alieno
consilio non egeatis).

Nulli malum pro malo (estote) redden-
tes ; (estote) providentes (et curantes ut
faciat) bona (quaे probata sint) non tan-
tum coram Deo sed etiam coram homini-
bus, (ut a vestris bonis operibus ædificen-
tur).

Si fieri potest, (scilicet salva justitia et
pietate, estote, in) quod (et quantum) ex

vobis est, cum omnibus hominibus pacem
habentes. (Unde estote)

Non vosmetipsos (ipsi) defendentes,
charissimi, sed date locum iræ (fratris
vestri, eam benigne excipientes in sinu
charitatis vestrae ibique eam extinguentes;
et Deo, qui sibi illam reservavit, vin-
dictam relinquere); scriptum est enim :
« Mihi (pertinet) vindicta, (et solus) ego
retribuam (hanc vindictam, quando et
prout voluero), dicit Dominus. (Ex tua
parte autem non solum nulla vindicta ad-
veniat) ;

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba il-
lum ; si sitit, potum da illi ; hoc enim fa-
ciens, carbones ignis (non iræ sed chari-
tatis) congeres (in cor et) super caput ejus,
(et sic tuae charitatis igne consumetur ira
illius et ad te amandum cogetur.)

Noli (denique) vinci a malo, (quod tibi
inferet inimicus tuus qui pacem tuam tur-
bare conatur) ; sed vince in bono, (quod
ei pro ejus injuria retribues), malum
(quod tibi intulit, ita ut ex inimico fiat
tibi amicus et sic eum Christo lucrifi-
cias).

cum omnibus ho-
minibus pacem
habentes,

Non vosmet-
ipsos defendentes,
charissimi, sed
date locum iræ ;
scriptum est e-
nim : Mihi vindic-
ta; ego retri-
buam, dicit Do-
minus;

Sed si esurierit
inimicus tuus, ci-
ba illum ; si sitit,
potum da illi ; hoc
enim faciens, car-
bones ignis con-
geres super caput
ejus.

Noli vinci a ma-
lo, sed vince in
bono malum.

CAPUT XIII.

Obedientiam et motiva propter quaе obediendum sit commen-
dat Apostolus. Deinde amorem proximi esse finem legis declarat.
Fideles urget ut, de tenebris surgentes, opera lucis faciant et Chri-
stum induant.

(Audivi quosdam ex vobis contendere
libertatem Evangelii oppositam esse im-

perio civili, et ab ea Christianos ab omni erga principes obedientia solvi. Ego autem in nomine Dei doceo et praecepio ut)

Omnis anima (sive paganorum sive Christianorum) potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinatae sunt :

Omnis anima (sive paganorum sive Christianorum) potestatibus sublimioribus, (nempe principibus et magistratibus tum ecclesiasticis tum civilibus), subdita sit (in omnibus rebus quæ sub eorum jurisdictione cadunt); non est enim (ulla legitima) potestas (ab alia origine procedens) nisi a Deo, (sive directe, ut prelati a Christo immediate instituti, sive mediate ut alii prelati ab Ecclesia aut a societate civili electi; et illæ potestates), quæ autem sunt (instituta), a Deo ordinatae (aut sanctitæ) sunt. (Ille)

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit : qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Itaque, qui resistit potestati (vel ecclesiasticae vel civili), Dei (ipsius) ordinationi resistit : (unde illi) qui autem (huic potestati) resistunt, ipsi sibi (justam a Deo vel ab hominibus) damnationem acquirunt. (Et hanc obedientiam principibus debemus, non solum propter eorum auctoritatem, sed propter bonum individuale et publicum);

Nam principes non sunt (destinati incutiendo) terrori (iis qui nonnisi) boni operis (auctores sunt), sed (iis qui aliquid) mali (faciunt. Si vis autem, (tu,) non timere (illorum) potestatem, (nihil nisi quod) bonum fac; et, (nendum aliquid timendum habeas,) habebis (e contra) laudem ex illa. (Quisque princeps)

Dei enim minister est tibi (datus) in

(protegendum te et) bonum (quod facere volueris) : si autem malum feceris, (illum) time; non enim sine causa (nec in vanum) gladium portat ; Dei enim minister est (non solum ut bonos tueatur et remuneret, sed ut sit) vindex in iram (seu in poenam infligendam) ei qui malum agit.

Ideo (1º præ) necessitate (et timore poenæ incurriendæ) subditi estote (ei; sed) non solum (subditi estote) propter (illius) iram (vitandam,) sed etiam (2º) propter conscientiam (vestram quæ, ei resistendo, Dei ordinationi et bono privato et publico resisteret).

Ideo enim, (et propter eamdem Dei jubentis et boni publici rationem, eis) et tributa præstatis, (quia) ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes (seu incumbere debentes ut pacem, justitiam et alias boni publici conditiones statuant; atqui haec omnia tutari non possunt nisi magno sumptu; ergo, ut isti sumptui sufficient, tributa eis præstanda sunt : aliunde probavimus eis deberi et obedientiam).

Reddite ergo omnibus (ea quæ sunt illis) debita ; cui tributum (debitis reddite), tributum (seu censum facultatum et personarum vestrarum); cui (debitis) vectigal, (reddite) vectigal (quod pro mercibus tum importatis tum exportatis a viris probis solvitur); cui timorem (seu reverentiam debetis, reddite) timorem ; cui honorem (debitis, reddite) honorem. (Denique)

Nemini quidquam debeatis (quin illud

nister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat ; Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.

Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram sed etiam propter conscientiam :

Ideo enim et tributa præstatis ; ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes.

Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.

Nemini quid-

quam debeat nisi ut invicem diligatis ; qui enim diligit proximum, legem implevit.

Nam «non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces,» et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Dilectio proximi malum non operatur : plenitudo ergo legis est dilectio.

Et hoc scientes tempus quia hora est jam nos de somno surgere : nunc enim pro-

solvatis ; ab omni debito vos liberos esse oportet, nisi (a debito charitatis, quae semper a vobis exiget) ut invicem (vos) diligatis. (Igitur diligite vos invicem ;) qui enim diligit proximum (suum, totam) legem (quae ad proximum spectat, eo ipso quod eum diligit,) implevit ;

Nam (omnia hujus legis præcepta hæc sunt) : Non adulterabis : non occides : non furaberis : non falsum (contra aliquem) testimonium dices : non concupisces (bonum alienum : atqui hæc omnium præceptorum tabula), et si quod est aliud mandatum (erga proximum in ea contentum), in hoc (solo et simplici) verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut te ipsum ; (ille enim solus vere amat proximum sicut seipsum qui ab eo omne malum, quod a se averti vellet, avertit, et ei omne bonum, quod sibi ipsi fieri vellet, sincere optat ; atqui nemo hæc crimina modo cœtata sibi fieri vellet, ergo nec in alios ea admittere debet).

Dilectio proximi (ullum ei) malum non operatur ; plenitudo ergo legis, (quæ ad proximum spectat), est dilectio (proximi). Hæc omnia officia implete ; nunc enim tempus est quo omnem justitiam et Je-sum Christum induere debetis, observantes)

Et hoc scientes (quod hoc tempus Evangelii est) tempus (acceptabile, et) quia (seu quod) hora est jam nos de somno (negligentiae et peccati) surgere. Nunc

enim (quum jam Christus advenit et lux prior est nostra salus quam cum credidimus.

Nox (plena erroribus et peccatis) præcessit (et jam præteriit ; Evangelii) dies autem appropinquit (et prefulget :) abjiciamus ergo (nunc) opera (mala quæ querunt umbram) tenebrarum, et induamur arma lucis, (nempe opera gratiæ, et virtutes quæ sunt quasi vestitus quo hominem deceat per diem vestiri ; et)

Sicut (homines bene morati) in die ambulare solent, sic nos modeste, composite et honeste ambulemus, non (jam tradentes nos) in comessationibus (quæ gulæ, non honestatis, causa flunt), et (non) in ebrietatibus, (non) in cubilibus (impuris) et impudicitiis, (et) non in contentione (pro gloria et honore, nec in) æmulatione (seu invidia boni alieni) ;

Sed induimini Dominum Jesum Christum, (ejus spiritum, vitam et virtutes in-duentes quasi vestem per quam ejus servi agnoscamini ;) et carnis curam ne (ultra) feceritis, (ei indulgendo) in (ejus pravis affectibus et) desideriis.

Nox præcessit, dies autem appropinquit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis :

Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et im-pudicitiis, non in contentione et æmulatione ;

Sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam, ne feceritis in desideriis.

CAPUT XIV

Docet fideles Apostolus 1º ut compatiantur infirmioribus in fide et non facile eos condemnent occasione cibi a lege vetiti; 2º Iudeos monet ne contra conscientiam suam manducent nec infirmos manducando scandalizent.

Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

Alius enim credit se manducare omnia; qui autem infirmus est, olus manducet.

Iis qui manducant manducantem non spernat, et qui non manducant manducantem non judicet; Deus enim illum assumpsit.

(Ad aliud charitatis officium, quod a pluribus violatum esse audivi, nunc deveniam et dico):

Infirmum autem in (sua) fide, (si quis est inter vos, benigne habete et) assumite, (illum non rubore afficiens) in disceptationibus (propter differentiam) cogitationum (suscitatis). Hæc est enim inter vos disceptatio quoad idolothyla et carnes vœtitas:

Alius enim credit se (posse absque ullo inquinamento) manducare omnia (alimenta quæ ei apponuntur: e contra ille), qui autem infirmus (seu minus instructus) est (in fide, credit sibi a quibusdam escis lege veteri prohibitis abstinendum esse, et non nisi olera manducat; simile illum), et olus (tranquille) manducet.

Is, (nempe Gentilis,) qui (omnia indistincte) manducat, (Iudeum cibos a lege vetitos) non manducantem non spernat; et (vicissim Iudeus), qui non manducat (nisi quod lex permittit, Gentilem omnia) manducantem non judicet (tanquam peccato contaminatum. Et 1º tu, o Iudee, noli Gentilem condemnare, siquidem) Deus

enim illum (in servitio suo et in amicitia sua) assumpsit. (Atqui)

Tu quis es, (o Iudee), qui judicas alienum servum? (Nonne, sive male sive bene agat, rationem reddere debet soli) Domino suo, (in cuius commodum vel incommodum servus agit proindeque in ejus amicitia) stat aut (ex ea) cadit? stabit autem (in amicitia Dei et ab eo non propter hoc condemnabitur, quia scit legem veterem quoad istos cibos vim non jam habere, proindeque absque peccato illos manducari posse; ergo propter conscientiam ejus rectam) potens est enim Deus (eum ab omni peccato absolvere et in amicitia sua servare et) statuere illum. (Aliam inter vos audivi quæstionem moveri de diebus festis abstinentiae vel jejunio per legem Moysacum dedicatis; audivi, inquam, quod)

Nam alius judicat (seu discernit) diem (unam) inter diem (aliam); alius autem judicat omnem diem (esse æque sanctam et liberam ab omni legis veteris impedimento: ego vero vobis dico quod, cum lex vetus, quoad istas præscriptiones, jam abolita sit, et lex nova nihil de illis usque nunc præceperit, licet ut) unusquisque in suo sensu, (modo contra conscientiam non agat), abundet. (Satis est quod ille, nempe Iudeus),

Qui sapit (seu discernit unam) diem (de alia die, sic pro honorando) Domino sapit, et (quod is, nempe Gentilis), qui (in istis diebus non abstinet et) manducat, (pariter

Tu quis es qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit; stabit autem, potens est enim Deus statuere illum.

Nam alius judicat diem inter diem; alius autem judicat omnem diem; unusquisque in suo sensu abundet.

Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat, gratias enim

agit Deo, et qui non manducat, Dominus non manducat et gratias agit Deo.

Nemo enim nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur :

Sive enim vivimus, Dominus vivimus; sive morimur, Dominus morimur : sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit; ut et mortuorum et vivorum dominetur.

Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu

¹ Mos erat apud Iudeos gratias Deo agendi post prandium, si manductionem ciborum lege vetitorum non usurpaverant.

sie pro honorificando) Dominus manducat, (siquidem hic manducando) gratias *enim* agit Deo (quippe qui ei per abolitionem legis manductionem carnis permisit : similiter) et (ille) qui (has carnes in his diebus non manducat, pro honorificando) Dominus non manducat, (siquidem) et (ipse abstinendo) gratias agit Deo¹ (quod ciborum quos vetitos credit manductionem non usurpaverit : ergo neuter condemnandus est. Nemo igitur alterutrum judicare presumat; et scitote quod bene est illi et illi soli qui Domino placere intendit);

Nemo enim nostrum sibi (ipso et ad suum proprium commodum) vivit (seu vivere debet), et nemo sibi (sed ad Dei obsequium) moritur, (sicut servi qui in dominorum suorum commodum omnia referre debent) :

Sive enim vivimus, (pro) Dominus, (cujus servi sumus); vivimus; sive morimur, (per voluntatem Domini et pro) Dominus morimur : sive ergo vivimus, sive morimur, Domini (dominium) sumus, (et consequenter ab illo solo et Filio ejus Iesu Christo judicandi sumus).

In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, (scilicet) ut et mortuorum et vivorum (judicium sibi vindicet et omnibus) dominetur. Si vero Christus est solus iudex),

Tu autem quid judicas fratrem tuum, (o Judæe)? aut tu, (o Gentilis), quare spernis

fratrem tuum, siquidem) omnes *enim* stabimus (judicandi) ante tribunal Christi. (Et hoc apud Isaiam)

Scriptum est *enim* : Vivo ego (et per meam vitam juro), dicit Dominus, quoniam (seu quod) mihi (subdita sunt omnia et coram me) flectetur omne genu, et (quod) omnis (hominis) lingua confitebitur (judicium soli mihi) Deo (reservari).

Itaque, (fratres sive Judæi sive Gentiles, mementote quod) unusquisque nostrum pro se, (et non pro aliis, vita sue) rationem reddet (soli) Deo.

Non ergo amplius (nos) invicem judicemus; sed hoc judicate (seu perpendite) magis, (o Gentiles, quomodo cum Judæis conversemini), ne ponatis (aliquid) offendiculum fratri (vestro Judæo) vel (ei) scandalum (voluntarium detis, nempe eum per derisiones vestras cogendo ad manducandum quod ei sua conscientia vetitum esse dictat; peccaret enim manducando, non ratione cibi, sed ratione conscientiae sue erroneæ. Dico illum non ratione cibi peccaturum);

Scio enim, et (satis) confido in (scientia quam hausi) in Domino Jesu, (ut affirmare queam) quia (seu quod nihil in cibo est) commune (seu immundum) per ipsum, (et peccaminosum non esse) nisi ei qui, (ob suam conscientiam erroneam), existimat (ali) quid (inquinatum seu) commune esse (in eo; tunc enim, et tantummodo ob eum errorem, revera) illi (id) commune (fit et

quare spernis fratrem tuum : omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu ; et omnis lingua confitebitur Deo.

Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

Non ergo amplius invicem judicemus; sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum ;

Scio et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.!

peccato imputandum) est. (Et tu, Gentilis, quamvis erga istos cibos instructus fueris, non ideo semper eis uti debes) :

Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

Si enim (sciens a fratre tuo Judæo istos cibos existimari vetitos, et si putans quod) propter (istum) cibum, (quem manducatus es), frater tuus contristatur (et scandalizatur, illum tamen cibum edas), jam non secundum charitatem (agis et) ambulas. (Forsitan enim tua libertate scandalizatus religionem tuam deseret, quia eam esse putabat oppositam religioni sua quam adhuc vigere credit, et abjecto Christianismo ad Judaismum redibit) : Noli (igitur pro) cibo tuo, (id est, pro re tam vili,) illum perdere pro quo Christus mortuus est.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

Non ergo (causam et ne occasionem quidem voluntarie ponamus, unde ab incredulis vel infirmis) blasphemetur bonum nostrum (seu libertas quam fides nobis attulit. Aliunde, quid ad salutem aut ad gloriam Dei prosunt hæ contentiones? Certo nihil prosunt perse, et nisi accessevit Ecclesiae prohibito) :

Non est enim regnum Dei esca et potus; sed justitia et pax et gaudium in Spiritu sancto, (hæc sunt in quibus consistit regnum Dei);

Qui enim in hoc (gaudio et in hac pace et in hac justitia) servit Christo, (ille) placet Deo et (etiam) probatus (gratusque) est hominibus.

Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo et probatus est hominibus.

Itaque (illas contentiones vanas fugiamus, et ea), quæ pacis (elementa), sunt sectemur; et (ea), quæ ædificationis (causa proximo) sunt, in invicem (colamus et) custodiamus. (Iterum vobis dico) :

Noli propter escam destruere (fratrem tuum qui est templum et) opus Dei. Omnia quidem (creata in se) sunt munda, (et eis uti potes privatim absque peccato); sed malum (fieri potest et revera) est (illi) homini, qui (talem vel talem escam absque necessitate et) per offendiculum (seu scandalum fratris sui) manducat.

Bonum est non manducare (talem) carnem et non bibere (tale) vinum neque (aliud quid sumere), in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut (in fide sua) infirmatur.

Tu (o Gentilis, quia) fidem habes, (putas te impune iis cibis uti posse; illa privatim fidei tuae libertate utere, si placet; sed si exercitium publicum hujus libertatis tuum fratrem infirmum scandalizare potest, hanc libertatem et fidem tuam interiorius et) penes temetipsum (inclusam) habe coram Deo, (qui probabit tuam fidem simul et tuam charitatem. Certe) beatus (est ille) qui, (ob conscientiam suam rectam), non judicat semetipsum (peccare) in eo quod (facere intendit et quod inno-
cuum esse ejus conscientia ei) probat.

Qui autem discernit (inter talem et ta-
lem escam), si (ex ea quam velitam esse

S. Paul compris à livre ouvert. — T. I.

Itaque quæ pa-
cis sunt sectem-
ur, et quæ ædi-
ficationis sunt in
invicem custo-
diamus.

Noli propter
escam destruere
opus Dei. Omnia
quidem sunt mun-
da; sed malum
est homini qui per
offendiculum
manducat.

Bonum est non
manducare car-
nem et non bibe-
re vinum, neque
in quo frater tuus
offenditur, aut
scandalizatur, aut
infirmatur.

Tu fidem ha-
bes? penes te-
 ipsum habe coram
Deo. Beatus qui
non judicat se-
metipsum in eo
quod probat.

Qui autem dis-
cernit, si mandu-

caverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est

credit) manducaverit (invita conscientia, eo ipso quod contra conscientiam etiam erroneam manducaverit, fit reus peccati, quia non egerit secundum dictamen quod) ex fide (seu conscientia procedit : atqui omne autem (sive dictum sive factum), quod non est ex fide (seu conscientia approbatum), peccatum est.

CAPUT XV.

1º Hortatur fideles Apostolus ut fortiores infirmis compatiantur, et omnes querant non quae sua sunt sed quae aliorum : quod confirmat exemplo Christi, qui omnia aduersa tulit pro nobis usque ad mortem. 2º Gentiles, quos severiter habuerat, solatur, et suæ prædicationis fructus recenset. 3º Annuntiat se in Hispaniam iterum esse et deinde in transitu Romanos visurum ; ab eis orationes pro se interim petit.

(Iterum dico vobis) :

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere.

Unusquisque vestrum proximo suo placeat ad bonum, ad ædificationem :

Etenim Chri-

Debemus autem nos, (quos) firmiores (in fide Deus habere voluit), imbecillitates infirmorum sustinere (et sublevare), et non (in) nobis (ita) placere (aut scientia nostra superbire, ut per eam fiamus scandali occasio fratribus nostris. Sed e contra)

Unusquisque vestrum, (neglecta suæ scientiæ auctoritate, conetur ut se accommodet) proximo suo (et illi) placeat (in omnibus quæ) ad bonum (et) ad ædificationem (eius concurrere possunt. Sit in exemplum Christus) :

Etenim Christus non sibi (ipsi) placuit

(quærendo quæ sua erant ; sed quæ nobis utiliora essent quæsivit), sicut (de eo) scriptum est : Improperia (et contumeliae contumeliosorum et) improphanterium tibi, (o Pater), ceciderunt super me (qui ea tuli propter gloriam tuam et hominum salutem procurandam. Hoc exemplum meditamini et imitamini) ;

Quæcumque enim (in Scriptura sacra) scripta sunt, ad nostram doctrinam (seu instructionem) scripta sunt, ut (nos) per patientiam et consolationem, (quam ex dictis et exemplis illarum) Scripturarum (hauriemus, charitatis opera exercere discamus et) spem habeamus (perveniendi per eamdem patientiam et charitatem ad vitam æternam, ubi Christus expectat illos qui ejus patientiam et charitatem imitati fuerint. Itaque vehementer opto ut)

Deus autem, (qui est fons hujus) patientiae et (hujus) solatii, det vobis idipsum sapere (seu sentire et vos gerere) in alterutrum, secundum Jesum Christum (qui vobis hujus charitatis exemplum dedidit. Obsecro Deum, inquam),

Ut unanimes (in fide et opere sitis, et in) uno ore (et corde) honorificetis Deum (Patrem vestrum) et Patrem Domini nostri Iesu Christi.

Propter quod suscipite (et diligite vos) invicem sicut et Christus suscepit (et dilexit) vos, (ut hæc charitas vestra redundet) in honorem Dei; (increduli enim,

stus non sibi placuit, sicut scriptum est : Improperia improphanterium tibi ceciderunt super me ;

Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.

Deus autem patientiae et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum,

Ut unanimes in uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri J. Christi :

Propter quod suscipite invicem sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei;

caverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est

credit) manducaverit (invita conscientia, eo ipso quod contra conscientiam etiam erroneam manducaverit, fit reus peccati, quia non egerit secundum dictamen quod) ex fide (seu conscientia procedit : atqui omne autem (sive dictum sive factum), quod non est ex fide (seu conscientia approbatum), peccatum est.

CAPUT XV.

1º Hortatur fideles Apostolus ut fortiores infirmis compatiantur, et omnes querant non quae sua sunt sed quae aliorum : quod confirmat exemplo Christi, qui omnia aduersa tulit pro nobis usque ad mortem. 2º Gentiles, quos severiter habuerat, solatur, et suæ prædicationis fructus recenset. 3º Annuntiat se in Hispaniam iterum esse et deinde in transitu Romanos visurum ; ab eis orationes pro se interim petit.

(Iterum dico vobis) :

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere.

Unusquisque vestrum proximo suo placeat ad bonum, ad ædificationem :

Etenim Chri-

Debemus autem nos, (quos) firmiores (in fide Deus habere voluit), imbecillitates infirmorum sustinere (et sublevare), et non (in) nobis (ita) placere (aut scientia nostra superbire, ut per eam fiamus scandali occasio fratribus nostris. Sed e contra)

Unusquisque vestrum, (neglecta suæ scientiæ auctoritate, conetur ut se accommodet) proximo suo (et illi) placeat (in omnibus quæ) ad bonum (et) ad ædificationem (eius concurrere possunt. Sit in exemplum Christus) :

Etenim Christus non sibi (ipsi) placuit

(quærendo quæ sua erant ; sed quæ nobis utiliora essent quæsivit), sicut (de eo) scriptum est : Improperia (et contumeliae contumeliosorum et) improphanterium tibi, (o Pater), ceciderunt super me (qui ea tuli propter gloriam tuam et hominum salutem procurandam. Hoc exemplum meditamini et imitamini) ;

Quæcumque enim (in Scriptura sacra) scripta sunt, ad nostram doctrinam (seu instructionem) scripta sunt, ut (nos) per patientiam et consolationem, (quam ex dictis et exemplis illarum) Scripturarum (hauriemus, charitatis opera exercere discamus et) spem habeamus (perveniendi per eamdem patientiam et charitatem ad vitam æternam, ubi Christus expectat illos qui ejus patientiam et charitatem imitati fuerint. Itaque vehementer opto ut)

Deus autem, (qui est fons hujus) patientiae et (hujus) solatii, det vobis idipsum sapere (seu sentire et vos gerere) in alterutrum, secundum Jesum Christum (qui vobis hujus charitatis exemplum dedidit. Obsecro Deum, inquam),

Ut unanimes (in fide et opere sitis, et in) uno ore (et corde) honorificetis Deum (Patrem vestrum) et Patrem Domini nostri Iesu Christi.

Propter quod suscipite (et diligite vos) invicem sicut et Christus suscepit (et dilexit) vos, (ut hæc charitas vestra redundet) in honorem Dei; (increduli enim,

stus non sibi placuit, sicut scriptum est : Improperia improphanterium tibi ceciderunt super me ;

Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.

Deus autem patientiae et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum,

Ut unanimes in uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri J. Christi :

Propter quod suscipite invicem sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei;

Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisio- nis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum;

Gentes autem super misericordia honorare Deum sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo.

Et iterum dicit: Lætamini, Gentes, cum plebe ejus.

Et iterum: Laudate, omnes gentes, Dominum, et magnificate eum, omnes populi?

Et rursus Isaías ait: Erit radix Jesse qui exurget

vestram ad invicem charitatem videntes, ad vestrum Dei cultum attrahentur).

Dico enim Christum Jesum (dilexisse omnes nos sive Judæos sive Gentiles, et 1º Judæos, cum se voluit esse) ministrum (et doctorem eorum qui erant sub lege) circumcisionis; (et ita voluit) propter (manifestandam) veritatem Dei (semper parati) ad confirmandas promissiones (in gratiam) patrum (eorum factas. Voluit etiam, et si alio modo),

Gentes autem, (non super eadem promissione sed) super (gratuita) misericordia (sua, olivæ naturali inserere, ut cum eis possent) honorare (et colere eumdem) Deum, sicut scriptum est: Propterea (quod gratis vocati sunt et multis beneficiis a te cumulati sunt Gentiles, debent tibi multas gratias agere; et ego ipse, ait David), confitebor (seu gratias agam) tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo (laudes) cantabo (propter hanc tuam erga Gentiles misericordiam).

Et (nonne) iterum dicit (eadem Scriptura loquens de hac Gentilium et Judæorum communi ad fidem vocatione): Lætamini, gentes, cum plebe (Judaica quæ est peculiaris plebs) ejus? (Nonne denique)

Et iterum (in alio psalmo dicitur): Laudate omnes gentes, Dominum, et magnificate eum, omnes populi? (Nonne denique)

Et rursus Isaías dicit? Erit (Christus) radix (procedens de stirpe) Jesse, et (ille

est) qui exurget regere Gentes, (et) in eum Gentes sperabunt (tanquam in Redemptorem suum. Quæ testimonia certo Gentium vocationem probant; aliunde probata est vocatio Judæorum; ergo Christus omnes dilexit et in eum omnes sperare debent. Porro opto ut ille)

Deus autem, (qui hujus) spei vestræ est auctor), repleat vos omni gaudio et (seruet vos in mutua) pace, (ut concordetis) in credendo, (et) ut, (abjectis omnibus contentionibus), abundetis in spe et virtute (seu fortitudine) quæ vobis datur per operationem) Spiritus sancti. (Si hæc consilia vobis proponere audeam, ne credatis me de vestra fide aut charitate dubitare: e contra)

Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis (credo) quoniam (seu quòd) et ipsi vos pleni estis (hac Christi et mutua) dilectione (quam vobis commando, et quòd) repleti (estis) omni scientia ita ut possitis, (absque monitis meis), alterutrum monere (et dirigere. Si hæc monita

Audacius (et forsitan severiter) autem scripsi vobis, fratres, ex parte, (non quasi ignarus scripsi, sed) tanquam in memoriam (eorum) vos, (jam antea instructos), reducens; (et ita vobiscum u'or) propter gratiam, que data est mihi a Deo,

Ut sim minister Christi Jesu in (predicando Evangelio) Gentibus, sanctificans (seu immolans gentilismum per) Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium (conver-

regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.

Deus autem spei replete vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti.

Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.

Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a Deo,

Ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei ut fiat

oblatio Gentium
accepta et sanctificata in Spiritu sancto.

Habeo igitur
gloriam in Christo Jesu ad Deum;

Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus in obedientiam Gentium verbo et factis,

In virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti, ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.

Sic autem praedicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum adficarem, sed sicut scriptum est:

sarum) accepta (et grata) Deo, (utpote regenerata) et sanctificata in Spiritu sancto, (a quo velut ab igne haec victima incendatur et sancta reddatur. In hoc ministerio omnia mihi bene cesserunt);

Habeo igitur gloriam (hujus successus, ita ut gloriari possim, non in meipso, sed) in Christo Jesu (cujus tantummodo sum minister in iis quae pertinent) ad Deum; (haberem equidem unde apud vos gloriari possem; et)

Non enim audeo (nec opus esset) aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus; (sufficeret ad gloriationem meam (ut memorarem quod feci) in (obtinendam) obedientiam (seu conversionem) Gentium (et) verbo et (miraculis per me a Deo) factis; nam tum)

In virtute (a Christo mihi data infinitam multitudinem signorum et prodigiorum feci, tum) in virtute Spiritus sancti, ita ut, ab Jerusalem (et civitatibus per ejus circuitum positis) usque (ad) Illyricum, repleverim (seu propagaverim) Evangelium Christi. (Et)

Sic autem praedicavi Evangelium hoc, non ubi (jam ab aliis) nominatus (et praedicatus) est Christus, (sed ferme apud solos Gentiles quibus nondum annuntiatus fuerat; et ita egri) ne super alienum fundamentum (meam prædicationem) adficarem, (et sic viderer subripiens gloriam aliorum Apostolorum qui hoc fundamentum posuerant); sed (in aliis locis prædi-

cavi ut fieret) sicut scriptum est: (Illi)

« Quibus non est (antea) annuntiatum de eo (Christo), videbunt (lumen ejus); et qui non (adhuc de eo) audierunt, (ejus verbum audient et) intelligent. » (Ne igitur miremini me ad vos non venisse; necessitas enim aliò prædicationem transfrēndi motivum fuit),

Propter quod (non poteram) et impediabar (quam) plurimum venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc.

Nunc vero ulterius locum non habens (manendi) in his regionibus, (ubi ecclesiæ fundatae sunt et episcopi instituti qui me supplere possunt, et insuper ardentem) cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis,

Cum in Hispaniam proficiisci coepero, spero quod præteriens videam vos et (quod) a vobis dederat illuc, si (seu postquam) vobis primum ex parte (et per aliquod tempus) fruitus fuero.

Nunc igitur (e Roma) proficiscar (ut eam) in Jerusalem, (ubi debo) ministrare sanctis (pauperibus hujus Ecclesiæ eleemosynas quas ex Macedonia et Achaia collegi):

Probaverunt enim (seu voluerunt) Macedonia et Achaia collationem aliquam fa-

Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent.

Propter quod et impediabar plurimum venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc.

Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis,

Cum in Hispaniam proficiisci coepero, spero quod præteriens videam vos et a vobis dederat illic si vobis primum ex parte fruitus fuero.

Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis:

Probaverunt enim Macedonia et

Achaia collatio-
nem aliquam face-
re in pauperes
sanctorum qui
sunt in Jerusa-
lem :

Placuit enim eis
et debitores sunt
eorum. Nam si
spiritualium eo-
rum participes
facti sunt genti-
les, debent et in
carnalibus mini-
strare illis.

Hoc igitur cum consummavero, et assi-
gnavero eis (pauperibus) fructum hunc
(liberalitatis Macedonum, iter faciens)
per (regionem quam) vos (incolitis), pro-
ficiar in Hispaniam.

Scio autem quo-
niam veniens ad
vos, in abundantia benedictio-
nis (per predicationem) Evangelii Christi
(vos statuam, et multam consolationem
vobis afferens) veniam.

Obsecro ergo
vos, fratres, per
Dominum nos-
trum Jesum Chri-
stum et per chari-
tatem Spiritus
sancti, ut adju-
tis me in oratio-
nibus vestris pro
me ad Deum,

Ut liberer ab in-
fidelibus qui sunt
in Iudea, et obse-
quii mei oblatio
accepta fiat in
Jerusalem sanctis,

cere in (sublevandos) pauperes, (qui gau-
dent nomine) sanctorum (utpote Christia-
ni, et) qui sunt in Jerusalem. (Hoc)

Placuit enim eis, et (addo quod) debito-
res sunt eorum (quoad hoc sublevamen :)
Nam si (bonorum) spiritualium eorum
nempe Iudeorum) participes facti sunt
Gentiles, debent) et (ipsi Gentiles) in (bo-
nis) carnalibus ministrare illis, (scilicet
Iudeis. Munus)

Hoc igitur cum consummavero, et assi-
gnavero eis (pauperibus) fructum hunc
(liberalitatis Macedonum, iter faciens)
per (regionem quam) vos (incolitis), pro-
ficiar in Hispaniam.

Scio autem quo-
niam veniens (seu quod)
veniens ad vos, in abundantia benedictio-
nis (per predicationem) Evangelii Christi
(vos statuam, et multam consolationem
vobis afferens) veniam.

Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum
nostrum Jesum Christum et per chari-
tatem Spiritus sancti (qua conjungimur),
ut adjuvetis me in orationibus vestris, (ro-
gantes) pro me ad Deum, (1º)

Ut liberer (et salvus evadam) ab infide-
libus (Iudeis) qui sunt in Iudea (et sunt
mei hostes; 2º) et ut obsequii mei (seu
eleemosynæ, quam tecum afferam), obla-
tio accepta (et grata) fiat in Jerusalem
sanctis (quibus offeretur; et 3º)

Ut, (missionem ea feliciter peracta,) ve-
niā ad vos in gaudio, (adjutus) per vo-
luntatem Dei, et (per meas et vestras con-
solations) refrigereret vobiscum.

Deus autem pacis sit cum omnibus vo-
bis. Amen.

Ut veniam ad
vos in gaudio per
voluntatem Dei et
refrigereret vobis-
cum.

Deus autem pa-
cis sit cum omni-
bus vobis. Amen.

CAPUT XVI ET ULTIMUM.

1º Suam in omnes charitatem per salutationes manifestat Apo-
stolus : 2º Jubet ut vitent dissensiones et offendicula : 3º Deo, qui
per Christum gentiles ad salutem vocavit, optat honorem et glo-
riam æternam.

Commendo autem vobis Phœben, so-
norem (in Christo) nostram, quæ est (ver-
sata, utpote diaconissa,) in ministerio Ec-
clesiæ quæ est in Cenchris; (commendo
vobis, inquam,)

Ut eam suscipiatis in Domino digne,
(ut convenit hominibus) sanctis, et assi-
statis ei in quocumque negotio vestri in-
diguerit; etenim ipsa quoque astitit mul-
tis (fratribus) et mihi ipsi.

Commendo au-
tem vobis Phœ-
ben sororem nos-
tram, quæ est in
ministerio Eccle-
sie quæ est in
Cenchris.

Ut eam susci-
piatis in Domino
digne sanctis : et
assistatis ei in
quocumque nego-
tio vestri indigue-
rit : etenim ip-
sa quoque astitit
multis et mihi
ipsi.

Salutate Priscam et
Aquilam, adjutores meos in (prædicando)
Christo Jesu,

Qui pro anima mea, (a mortis periculo
salvanda), suas cervices supposuerunt (in
seditione contra me excitata, et) quibus
non solus ego gratias ago sed et cunctæ
Ecclesiæ gentium (agere debent. Saluto)

Qui pro anima
mea suas cervi-
ces supposuerunt;
quibus non solus
ego gratias ago,
sed et cunctæ ec-
clesiæ gentium,

Et domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum, dilectum mihi, qui est primitivus in regione Asiæ (a me) in Christo (conversus.)

Salutate Mariam quæ multum laboravit in vobis.

Salutate Andronicum et Junium cognatos (meos) et concaptivos meos, qui sunt nobiles (seu insignes) in Apostolis (et) qui et ante me fuerunt in Christo (conversi.)

Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

Salutate Urbanum adjutorem nostrum (in prædicando) Christo Jesu, et Stachyn dilectum meum.

Salutate Apellen probum (seu probatum) in (colendo) Christo.

Salutate eos qui sunt ex Aristobulio domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo (et) qui sunt (credentes) in Domino.

Salutate Tryphaenam et Tryphosam, quæ laborant in (glorificando) Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laboravit in Domino.

Et domesticam ecclesiam (seu familiam Christianam) eorum. Salutate Epænetum, dilectum mihi, (quippe) qui est primitivus (in regione) Asiæ (a me) in Christo (conversus.)

Salutate Mariam (Cassobeliten) quæ multum laboravit in (et pro) vobis.

Salutate Andronicum et Junium cognatos (meos) et concaptivos meos, qui sunt nobiles (seu insignes) in Apostolis (et) qui et ante me fuerunt in Christo (conversi.)

Salutate Ampliatum, dilectissimum mihi in Domino (pro ejus pietate.)

Salutate Urbanum adjutorem nostrum (in prædicando) Christo Jesu, et Stachyn dilectum meum.

Salutate Apellen probum (seu probatum) in (colendo) Christo.

Salutate eos qui sunt ex Aristobulio domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo (et) qui sunt (credentes) in Domino.

Salutate Rufum, electum (seu insignem pietate sua) in Domino, et matrem ejus (quam veneror sicut) et meam.

Salutate Asynchritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, et (nostros), qui cum eis sunt, fratres.

Salutate Philologum et Julianam, Nereum et Sororem ejus, et Olympiadem, et omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

Salutate (vos) invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula præter (seu contra) doctrinam, quam vos didicistis (ab Apostolis), faciunt; (observate eos, inquam), et declinate ab illis.

Hujuscemodi enim (homines) Christo Domino nostro non serviant, sed suo ventri (seu proprio commodo, dum per adulaciones) et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. (Scio equidem quòd)

Vesta enim (Evangelio) obedientia (prompta fuit et) in omnem locum divulgata

multum laboravit in Domino.

Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam.

Salutate Asynchritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen et qui cum eis sunt fratres.

Salutate Philologum et Julianam, Nereum et sororem ejus, et Olympiadem, et omnes, qui cum eis sunt sanctos,

Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, et declinate ab illis.

Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviant sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium.

Vesta enim obedientia in om-

nem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo. est; (propter hoc) gaudeo igitur in vobis; sed (perseverantiam vestram) volo (esse futam, et consequenter adjuro) vos sapientes (et prudentes) esse in (hoc) bono (vestro custodiendo, et ita) simplices in malo (ut etiam quomodo male agatur nesciatis.)

Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter. (Propter hoc obtainendum, oro ut) gratia Domini nostri Jesu Christi (sit) vobis.

Salutat vos Timotheus adjutor meus, et Lucius et Jason, et Sosipater, cognati mei.

Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam in Domino.

Salutat vos Caius hospes meus et universa Ecclesia. Salutat vos Erasmus arcarius (seu quæstor hujus) civitatis, et Quartus, frater (in Christo.)

Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ei autem qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterij tem-


nem mysterii (salutis in) temporibus poribus æternis taciti, (seu non prædicati),

Quod (autem) nunc patefactum est (per Evangelii prædicationem, et clare adimplatum esse demonstratur) per (adimpletas ipsas) Scripturas Prophetarum (qui illud prædicterant; nos illud mysterium per prædicationem patefecimus) secundum præceptum (quod accepimus de ore) æterni Dei, (qui voluit homines adduci) ad obediendum fidei (per mediationem hujus mysterii) in cunctis gentibus (nunc per nos) cogniti; (illi, inquam),

Soli sapienti Deo (sit gloria) per Jesum Christum (Filium ejus Dei Patris), cui (reddenda sunt) honor et gloria in (omnia) sæcula sæculorum. Amen.

Soli sapienti Deo per Jesum Christum cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS EPISTOLE AD ROMANOS.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA I^a AD CORINTHIOS


ARGUMENTUM.

Corinthus, a Cicerone totius Græciæ lumen appellata, abundabat opibus, mercibus metallis et præsertim ære. Ex hac opulentia emanavit fastus, libido, et tanta magnificētia, ut abierint in proverbium : « Non cuivis homini contingit adire Corinthum ».

Paulus Corinthum adiit et per decem et octo menses in ea Evangelium prædicavit cum tanto profectu ut alibi ipse postea Corinthorum sapientiam, prophetiam et alia dona celebret. Hinc orta sunt superbia, contentiones, et schismata, præsertim postquam Apollo supervenit et Paulo ob eloquentiam suam ab illis prælatus est : quæ schismata vehementer reprehendit Apostolus in hac epistola.

Deinde plura dubia sibi a Corinthis proposita solvit: litigia coram judge infideli et fornicationem insectatur; de matrimonio et virginitate dis serens, matrimonio virginitatis consilium anteponit; idolothytorum esum prohibet non quasi per se illicitum sed propter vitandum infirmorum scandalum, asserens se, ob hunc scandali timorem, victim sibi debitum voluisse manu sua comparare. De mulierum velatione et Eucharistica agape disserit; de excellentia charitatis et de resurrectione disputat. Denique jubet eleemosynam pro pauperibus Hierosolymitanis colligi, et salutibus epistolam claudit.

Scripta fuit hæc epistola ante epistolam ad Romanos, ex Epheso, anno Christi 57.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA I^a AD CORINTHIOS

ARGUMENTUM.

Corinthus, a Cicerone totius Græciæ lumen appellata, abundabat opibus, mercibus metallis et præsertim ære. Ex hac opulentia emanavit fastus, libido, et tanta magnificētia, ut abierint in proverbium : « Non cuivis homini contingit adire Corinthum ».

Paulus Corinthum adiit et per decem et octo menses in ea Evangelium prædicavit cum tanto profectu ut alibi ipse postea Corinthorum sapientiam, prophetiam et alia dona celebret. Hinc orta sunt superbia, contentiones, et schismata, præsertim postquam Apollo supervenit et Paulo ob eloquentiam suam ab illis prælatus est : quæ schismata vehementer reprehendit Apostolus in hac epistola.

Deinde plura dubia sibi a Corinthis proposita solvit: litigia coram judge infideli et fornicationem insectatur; de matrimonio et virginitate dis serens, matrimonio virginitatis consilium anteponit; idolothytorum esum prohibet non quasi per se illicitum sed propter vitandum infirmorum scandalum, asserens se, ob hunc scandali timorem, victim sibi debitum voluisse manu sua comparare. De mulierum velatione et Eucharistica agape disserit; de excellentia charitatis et de resurrectione disputat. Denique jubet eleemosynam pro pauperibus Hierosolymitanis colligi, et salutibus epistolam claudit.

Scripta fuit hæc epistola ante epistolam ad Romanos, ex Epheso, anno Christi 57.

CAPUT I.

Deo gratias reddit Apostolus pro beneficiis quæ in Corinthios effudit. Insectatur schisma quo aliquot apostolos aliis anteponebant, docens eos prædicationis virtutem a cruce non autem ab eloquentia humana provenire, ut patet ex eo quod Deus stultos et infirmos et ignobiles ad propagationem Evangelii vocavit, non autem sapientes aut nobiles hujus mundi.

Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater,

Ecclesiæ Dei quæ est Corinthis, (fidei quæ in Christo Jesus, vocatis sanctis cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesus Christi, in omni loco ipsorum et nostro,

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu,

Quòd in omnibus divites facti estis in illo, in

Paulus (ego), vocatus (ut sim) apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes, (olim) synagogæ princeps, hodie vero) frater (in Christo et testis hujus epistolæ, salutem damus)

Ecclesiæ Dei quæ est Corinthis, (fidelibus) sanctificatis (per baptismum et gratiam quam hauriunt) in Christo Jesu, (et) vocatis (ut sint ex) sanctis, cum omnibus Christianis, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi in omni loco (sive in loco) ipsorum (sive) et (in) nostro. (Salutem vobis damus, inquam, et exoptamus ut)

Gratia vobis et pax (dentur) a Deo Patre nostro et Domino (nistro) Jesu Christo.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis (quòd adducti et confirmati estis) in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Jesu, (qui est fons omnis gratiæ: gratias ago ei, inquam.)

Quòd in omnibus (donis spiritualibus) divites facti estis in illo (seu per illum, nempe et præsertim) in omni verbo (a

vobis tum auditu tum prædicato,) et in omni verbo et in omni scientia (et intelligentia spiritali: quibus duabus scientiæ et verbi donis apparet),

Sicut (per) testimonium (irrecusabile, quòd evangelium) Christi confirmatum est (et multum profecit) in vobis,

Ita ut nihil vobis desit (ex donis divinis) et in ulla gratia (quæ competit) expectantibus (secundam) revelationem Domini nostri Jesu Christi, (quæ fiet in ejus ultimo adventu. Gratias ago, inquam, illi Deo)

Qui (vos jam confirmavit in fide et gratia), et confirmabit vos (ut possitis) usque in finem (perstare) sine (ullo) crimine (et innocentes inveniri) in die (secundi) adventus Domini nostri Jesu Christi.

Fidelis (enim est promissis suis ille) Deus, per quem vocati estis in societatem (seu communionem fidei et gratiæ et gloriæ) Filii ejus Domini nostri Jesu Christi; (proindeque non sine causa suum vobis subtrahet auxilium, quod jam dare cœpit et deinceps se daturum promisit. Ex parte autem vestra sunt adimplendæ aliquot perseverantiae conditiones, quarum hæc prima sit, scilicet):

Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, (in cuius unam eamdemque societatem vocati estis), ut idipsum (sentiatis et) dicatis omnes, et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti (seu perfecte adunati) in eodem

Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis,

Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi,

Qui et confirmabit vos usque in finem sine criminе, in die adventus Domini nostri Jesu Christi.

Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri.

Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata, sitis

autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia.

Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos,

Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi.

Divisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

Gratias ago Deo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum et Caium: (unde mihi timendi locus non est)

Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis:

sensu et in eadem sententia. (Hoc vos admoneo);

Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia (seu quod) contentiones sunt inter vos (de excellentia magistrorum vestrorum. Ego)

Hoc autem dico (et doleo) quod unusquisque (ex minus sapientibus) vestrum dicit (quoad ministros Christi): Ego quidem sum (catechumenus et discipulus) Pauli, ego autem, (ait alter, sum discipulus) Apollo (utpote eloquentioris), ego vero, (ait tertius, sum discipulus) Cephæ (utpote capitis Ecclesiae); ego autem, (et ille multo rectius, sum discipulus) Christi. (Ego vero a vobis quero an)

Divisus est Christus (in plures Christos, quorum unus sit Christus Pauli, alter Christus Apollo, vel Cephæ? nonne unus et idem Christus ab Apostolis praedicatur, utpote solus pro vobis crucifixus?) Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? (Ego autem, ne huic schismati ex baptismō orienti occasionem vel remotissimam vobis attulerim),

Gratias ago Deo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum et Caium: (unde mihi timendi locus non est)
Ne quis (vestrum) dicat quod in nomine meo baptizati estis. (Memini tamen quod)

Baptizavi autem et Stephanæ domum; cæterum nescio si quem alium baptizavim. (De hoc non doleo),

Non enim misit me Christus baptizare (principaliter), sed (principalius) evangelizare non in sapientia (affectata) verbi (humani), ut non evacuetur (et pro nihilo reputetur) crux Christi (in opere conversionis quæ tunc imputari posset eloquentiæ humanæ. Hanc eloquentiam humanam ego verbo vim sortienti de cruce longe postpono, et hoc quidem rationabiliter);

Verbum enim (procedens de virtute) Crucis (salvaticis, si incredulis et propter suam incredulitatem) pereuntibus quidem (prout) stultitia (acceptum et visum) est, (e contra) iis autem qui (credunt in illud et propter hanc fidem) salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus (et medium) est (quod nostram salutem efficaciter operatur. Unde verbi prædicatores ex hac crucis virtute, non autem ex eloquentia humana, prædicationis fructum expectare debent. Quam parum hanc humanam eloquentiam curet nos Deus admonuit):

Scriptum est enim (in libro Isaïe): Perdam (et irritam faciam) sapientiam (humane) sapientium et prudentiam (humane) prudentium reprobabo, ne causa conversionis fiat; et nonne equidem hæc reprobatio satis patet ex infirmitate eorum quos ad prædicationem Evangelii et ad conversionem mundi elegit?

Baptizavi autem et Stephanæ domum; cæterum nescio si quem alium baptizavim.

Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi,

Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est.

Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo.

Ubi sapiens ?
ubi scriba ? ubi
conquisitor hujus
sæculi ? Nonne
stultam fecit Deus
sapientiam hujus
mundi ?

Nam quia in
Dei sapientia non
cognovit mundus
per sapientiam
Deum, placuit
Deo per stultitiam
prædicationis sal-
vos facere cre-
dentes.

Quoniam et Ju-
dæi signa petunt
et Græci sapien-
tiam querunt.

Nos autem præ-

Ubi (enim inter hos electos invenitur
aliquis humane) sapiens ? ubi (invenitur
aliquis doctor seu) scriba ? ubi (invenitur
aliquis physicus seu) conqueritor (arcano-
rum naturæ et) hujus sæculi ? (Nedum
scientia aut nobilitate eorum uteretur ad
conversionem mundi), nonne (e contra)
stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi,
(ejus cooperationem reprobando et
modum ei contrarium eligendo ? Et ita
egit ad puniendam eorum superbiam) ;

Nam quia (et postquam expertum est
quod) in Dei sapientia, (per creationem et
gubernationem mundi tam evidenter os-
tentia), non cognovit mundus (philosophorum)
per sapientiam (hujus creationis
Deum esse auctorem mundi et salutis),
placuit Deo per stultitiam prædicationis,
(Deum crucifixum prædicantis), salvos fa-
cere (eos qui forent) credentes (in eam.
Stultitiam esse eis dixi hanc viam conver-
sionis a Deo electam ; et hoc patet)

Quoniam (seu ex eo quod) et Judæi (pro-
digii assueti mirabilia) signa petunt (ut
eorum auctoritate convincantur), et (ex
altera parte) Græci sapientiam (per ratio-
nes philosophicas expositam) querunt (ut
conditionem, sine qua veritati asquiescere
nolunt. Quid ergo humane loquendi minus
aptum videtur ad amborum populorum
conversionem assequendam quam modus
prædicationis a Deo adoptatus ? Nam, ex
Dei mandato),

Nos autem (nihil aliud) prædicamus (nisi)

Christum crucifixum, (factum) Judæis qui-
dem scandalum (quia eum cum humana
potestate et majestate venturum expecta-
bant, et factum) Gentibus autem stultitiam
(quia hunc crucifixum esse Deum credere
noluerunt ; et nihilominus constat ambo-
bus, scilicet)

Ipsis autem vocatis Judæis atque Græ-
cis, (illum Jesum) Christum (fuisse vere
Messiam præ se ferentem) Dei virtutem et
Dei sapientiam (qua salvi facti sunt. Et
eventu patuit)

Quia (seu quod illud) quod stultum (ho-
minibus visum) est (ex parte) Dei, (nempe
modus redemptionis a Deo electus), sa-
pientius est (omnibus modis qui ab) homi-
nibus (concipiuntur); et (patuit quod illud)
quod infirmum (visum) est (ex parte) Dei,
(nempe infirmitas nativitatis, humanitatis
et mortis Christi,) fortius est (fortitudine
qua ab) hominibus (exeritur. Et ut vobis
manifestius appareat, ut superius dixi, Deo
placuisse per stultitiam crucis salvos fa-
cere credentes, attendite et)

Videte enim vocationem vestram (seu
modum quo vocati estis ad fidem), fra-
tres; (nonne vobis appareat quia (seu quod)
non multi (ex ministris et discipulis Evan-
gelii a Deo electi sint inter eos qui) secun-
dum carnem et sapientiam humanam sa-
piunt), non multi (qui sint secundum sœcu-
lum) potentes, non multi (qui sint) nobiles
(nobilitate humana) :

Sed (e contra, ea instrumenta), quæ

dicamus Chri-
stum crucifixum,
Judæis quidem
scandalum, Genti-
bus autem stulti-
tiam.

Ipsis autem vo-
catis Judæis at-
que Græcis, Chri-
stum Dei virtu-
tem et Dei sapien-
tiam;

Quia quod stu-
lum est Dei sa-
pientius est ho-
minibus, et quod
infirmum est Dei
fortius est homi-
nibus.

Videte enim vo-
cationem vestram
fratres, quia non
multi sapientes
secundum car-
nem, non multi
potentes, non mul-
ti nobiles,

Sed quæ stulta

sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia;

Et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus et ea quae non sunt ut ea quae sunt destrueret.

Ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.

Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est nobis sapientia a Deo et justitia et sanctificatio et redemptio,

Ut quemadmodum scriptum est: « Qui gloriatur, in Domino gloriatur. »

stulta sunt (ex opinione) mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes (hujus saeculi); et (ea, quae videntur) infirma (juxta sensum) mundi, elegit Deus, ut confundat (ea quae hominibus videntur esse) fortia;

Et (item instrumenta quae) ignobilia (oculos) mundi et contemptibilia (habentur, sicut Crux et Apostoli), elegit Deus; et (elegit) ea, quae (sunt quasi res quae in pretio) non sunt, ut ea quae sunt (apud eos in magno pretio, scilicet eloquentiam humanam, philosophiam, et nobilitatem) destrueret; (et ita a Deo actum est)

Ut non glorietur omnis caro (propriis et humanis dotibus) in conspectu ejus, (quasi suae aut aliorum conversionis meritum ex ipsis depromat. Unde sequitur quod)

Ex ipso autem (et solo Deo) vos estis (stabiliti) in Christo Iesu qui (sic, per suam sapientiam, justitiam, sanctificationem et redemptionem nobis communicata), factus est nobis sapientia a Deo (præstata) et justitia et sanctificatio et redemptio (nostra),

Ut (fiat) quemadmodum scriptum est, (scilicet): Qui gloriatur (de sua conversione et salute, meminerit se) in Domino (hausisse omnia unde) glorietur.

CAPUT II.

Extollit Apostolus sapientiam spiritualem super sapientiam naturalem. Declarat se Christum prædicare non in doctis humanæ sapientiae verbis sed in ostensione Spiritus et virtutis. Asserit se tamen sapientiam loqui inter perfectos, sed sapientiam a Spiritu sancto revelatam. Docet hominem spiritalem, non vero animalem, ea percipere quae sunt Dei.

Et (ideo) ego, cum venissem ad vos (convertendos), fratres, veni (loquens) non in sublimitate (et ornato genere) sermonis (humani) aut sapientiae (humanæ; non ita apud vos) annuntians (fui) vobis testimonium (seu Evangelium) Christi.

Non enim judicavi (nec magnifieci) me scire (aliud) aliquid inter vos nisi Jesum Christum et hunc crucifixum; (non quod alia mysteria non noverim et prædicaverim, sed quod instantius vobis inculcare voluerim in sola Cruce esse gloriandum, sperandum et vivendum).

Et (ideo) ego in infirmitate (et in tribulatione et persecutione) et timore et tremore multo (versatus) fui apud vos (propter infestationem Judæorum et Gentilium, et quidem ut Dei crucifixi prædicatorem decet);

Et sermo meus et prædicatio mea, (qua vos allocutus sum), non (constituit) in persuasilibus humanæ sapientiae verbis, sed in ostensione (et demonstratione) spiritus (fidem adstruente in vobis), et (in potentia

Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi.

Non enim judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum et hunc crucifixum.

Et ego in infirmitate, et timore et tremore multo fui apud vos,

Et sermo meus et prædicatio mea non in persuasilibus humanæ sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.

divinæ) virtutis (quæ patuit in prodigiis per me a Deo patratis. (Et ita usus sum),

Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus sæculi neque principum hujus sæculi qui destruuntur;

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio (et secreto apud paucos utpote proiectores et perfectiores, sapientiam, inquam), quæ abscondita est (indignis et revelatur iis quibus solis eam communicare decet, hanc sapientiam) quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram,

Quam nemo principum hujus sæculi cognovit; si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

Ut fides vestra non (habeatur a vobis aut ab aliis quasi) sit (fundata) in sapientia hominum, sed in (sola) virtute (et efficacia verbi) Dei. (Nolite tamen credere quavis sapientia et scientia nostram prædicationem vacare; nam)

Sapientiam autem (et altiora fidei mysteria) loquimur, (sed tantummodo quando) inter perfectos (et doctrinæ sublimioris capaces adstamus; eis prædicamus sapientiam, inquam), sapientiam vero non hujus sæculi neque principum hujus sæculi (nempe dæmoniorum et primatum) qui destruuntur (ab Evangelio et regno Christi);

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio (et secreto apud paucos utpote proiectores et perfectiores, sapientiam, inquam), quæ abscondita est (indignis et revelatur iis quibus solis eam communicare decet, hanc sapientiam) quam prædestinavit (et elegit) Deus ante sæcula (tangram modum quo nos duceret in viam salutis et) in gloriam (suam et) nostram.

Quam (gloriam et quam sapientiam) nemo principum hujus sæculi (sive ex Iudeis sive ex dæmonibus) cognovit; si enim cognovissent (illam sapientiam qua Deus Incarnationem sui Filii ad salutem nostram et gloriam suam prædestinabat), nunquam Dominum (istius) gloriæ (et sapientiae) crucifixissent, (ne ad tale ejus con-

silium perficiendum concurrerent. Non cognoverunt eam, inquam);

Sed (abscondita fuit eis hæc sapientia necnon et gloria quæ est finis hujus sapientiæ, ita ut fieret) sicut scriptum est (apud Isaiam dicentem) quod oculus (humanus) non vidit, nec auris (humana) audivit, nec in cor (seu in mentem) hominis ascendit quæ præparavit Deus (tum in hac vita tum in altera) iis qui diligunt illum. (Quod autem eis abscondit)

Nobis autem revelavit Deus, (non per conceptionem naturalem, sed) per Spiritum suum (cui illud scrutari et plene cognoscere competit); Spiritus (Dei) enim omnia scrutatur (et) etiam profunda (mysteria quæ latent in secreto) Dei. (Hæc scrutatur Spiritus, inquam, et ipse solus; quomodo enim Dei secreta penetraret homo qui ne alterius quidem hominis secreta penetrare valet) ?

Quis enim hominum scit quæ sunt (in animo) hominis nisi (ipse et solus) spiritus hominis qui est in ipso? Ita et (ea), quæ (in secreto) Dei sunt, nemo cognovit nisi (solus) Spiritus Dei qui in ipso est. (Quæ Dei secreta Spiritus per seipsum et directe novit);

Nos autem (ea scimus indirecte et per revelationem, quam in nobis infundere dignatus est; nam) non spiritum (seu sapientiam) hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a

Sed sicut scriptum est quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.

Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

Quis enim hominum scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei:

Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a

Deo donata sunt
nobis ;

et nos ad cœlestia credenda et sectanda
evehit et impellit ita) ut sciamus (et in-
telligamus valorem eorum bonorum cœ-
lestium, quæ nec oculus vidit nec mens
humana intellexit) quæ a Deo donata sunt
nobis (nunc promissive, effective autem
danda sunt in futurum).

Quæ et loqui-
mur non in doctis
humanæ Sapien-
tiae verbis, sed in
doctrina spiritus,
spiritualibus spi-
ritualia compa-
rantes,

Quæ (dona cognoscimus, inquam), et
(de iis) loquimur non in doctis humanæ
sapientiae verbis, sed in doctrina (et iis
verbis quæ nos docet inspiratio S.) Spi-
ritus, spiritualibus (rebus verba) spiritualia
comparantes (seu accommodantes. Hæc
spiritualia spiritualibus verbis explanamus,
et soli spirituales ea intelligere possunt ;
nam)

Animalis autem
homo non percipit
ea quæ sunt Spi-
ritus Dei; stulti-
tia enim est illi
et non potest in-
telligere quia spi-
ritaliter examina-
tur.

Animalis autem homo, (qui sensus tan-
tum et naturale rationis lumen sequitur),
non percipit ea quæ sunt (procedentia ex
inspiratione) Spiritus Dei; stultitia enim
est illi (quidquid est spirituale), et (illud)
non potest intelligere, quia (rationaliter
aut animaliter examinat quod) intelligi-
bile non est si non) spiritualiter examina-
tur. (Spiritualibus autem spiritualia con-
fidenter communicamus, quia scimus
quid)

Spiritualis au-
tem judicat om-

Spiritualis autem (homo) judicat ¹ om-
nia (secundum regulam fidei et prudentiæ

¹ Hinc Calvinus concordat unumquemque privatum esse judicem controver-
siarum fidei et interpretem Scripturarum. Cui respondemus : 1o An omnes
Christiani sunt fidelis ? 2o Nonne alii ignorant utrum talis vel talis privatus
habeat hunc verum spiritum ; ergo non aliquis privatus potest esse judex
fidei, sed concilia et pontifex quos posuit Deus regere et docere Ecclesiam.

divinæ quam a Deo immediate vel ab Ec-
clesia Dei interprete mediate accipit, et
ea recte judicat) ; et ipse, (quoad fidem et
doctrinam, a nemine (qui spiritualis non
sit, competenter) judicatur, (quia cæteri
non nisi per lumen rationale judicant ea
quæ per solum revelationis lumen judi-
canda sunt) :

Quis (est) enim (ex hominibus animali-
bus qui cognovit sensum seu consilia)
Domini, (et) qui instruat eum (Dominum
et hominem spiritualem a Deo instru-
ctum? Certe nullus : atqui) nos autem,
(qui sumus spirituales et a Deo edocti,
certi sumus quod ex ejus revelatione)
sensum (et intelligentiam doctrinæ)
Christi habemus; (ergo certa est fides
nostra et nemo ei recte contradicere po-
test).

Quis enim cog-
novit sensum Do-
mini, qui instruat
eum ? Nos autem
sensum Christi
habemus.

CAPUT III.

Insistit Apostolus schismati de ministrorum excellentia pro-
pugnando, docens Christum solum esse Ecclesiæ fundamentum
quo omnia niti debent. Eis commendat templum Dei quod ipsi
sunt, et admonet eos ut vitent quidquid hoc templum violare
posset.

Et ego, fratres, (libenter spiritualia
vobis impertitus essem, sed) non potui
vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi
carnalibus (utpote sensum carnis adhuc
sequentibus. Itaque) tanquam parvulis in
Christo (et in ejus doctrina rudibus)

Et ego, fratres,
non potui vobis
loqui quasi spi-
ritualibus, sed qua-
si carnalibus. Tan-
quam parvulis in
Christo

Deo donata sunt
nobis ;

et nos ad cœlestia credenda et sectanda
evehit et impellit ita) ut sciamus (et in-
telligamus valorem eorum bonorum cœ-
lestium, quæ nec oculus vidit nec mens
humana intellexit) quæ a Deo donata sunt
nobis (nunc promissive, effective autem
danda sunt in futurum).

Quæ et loqui-
mur non in doctis
humanæ Sapien-
tiae verbis, sed in
doctrina spiritus,
spiritualibus spi-
ritualia compa-
rantes,

Quæ (dona cognoscimus, inquam), et
(de iis) loquimur non in doctis humanæ
sapientiae verbis, sed in doctrina (et iis
verbis quæ nos docet inspiratio S.) Spi-
ritus, spiritualibus (rebus verba) spiritualia
comparantes (seu accommodantes. Hæc
spiritualia spiritualibus verbis explanamus,
et soli spirituales ea intelligere possunt ;
nam)

Animalis autem
homo non percipit
ea quæ sunt Spi-
ritus Dei; stulti-
tia enim est illi
et non potest in-
telligere quia spi-
ritaliter examina-
tur.

Animalis autem homo, (qui sensus tan-
tum et naturale rationis lumen sequitur),
non percipit ea quæ sunt (procedentia ex
inspiratione) Spiritus Dei; stultitia enim
est illi (quidquid est spirituale), et (illud)
non potest intelligere, quia (rationaliter
aut animaliter examinat quod) intelligi-
bile non est si non) spiritualiter examina-
tur. (Spiritualibus autem spiritualia con-
fidenter communicamus, quia scimus
quid)

Spiritualis au-
tem judicat om-

Spiritualis autem (homo) judicat ¹ om-
nia (secundum regulam fidei et prudentiæ

¹ Hinc Calvinus concordat unumquemque privatum esse judicem controver-
siarum fidei et interpretem Scripturarum. Cui respondemus : 1o An omnes
Christiani sunt fidelis ? 2o Nonne alii ignorant utrum talis vel talis privatus
habeat hunc verum spiritum ; ergo non aliquis privatus potest esse judex
fidei, sed concilia et pontifex quos posuit Deus regere et docere Ecclesiam.

divinæ quam a Deo immediate vel ab Ec-
clesia Dei interprete mediate accipit, et
ea recte judicat); et ipse, (quoad fidem et
doctrinam, a nemine (qui spiritualis non
sit, competenter) judicatur, (quia cæteri
non nisi per lumen rationale judicant ea
quæ per solum revelationis lumen judi-
canda sunt) :

Quis (est) enim (ex hominibus animali-
bus qui cognovit sensum seu consilia)
Domini, (et) qui instruat eum (Dominum
et hominem spiritualem a Deo instru-
ctum? Certe nullus : atqui) nos autem,
(qui sumus spirituales et a Deo edocti,
certi sumus quod ex ejus revelatione)
sensum (et intelligentiam doctrinæ)
Christi habemus; (ergo certa est fides
nostra et nemo ei recte contradicere po-
test).

Quis enim cog-
novit sensum Do-
mini, qui instruat
eum ? Nos autem
sensum Christi
habemus.

CAPUT III.

Insistit Apostolus schismati de ministrorum excellentia pro-
pugnando, docens Christum solum esse Ecclesiæ fundamentum
quo omnia niti debent. Eis commendat templum Dei quod ipsi
sunt, et admonet eos ut vitent quidquid hoc templum violare
posset.

Et ego, fratres, (libenter spiritualia
vobis impertitus essem, sed) non potui
vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi
carnalibus (utpote sensum carnis adhuc
sequentibus. Itaque) tanquam parvulis in
Christo (et in ejus doctrina rudibus)

Et ego, fratres,
non potui vobis
loqui quasi spi-
ritualibus, sed qua-
si carnalibus. Tan-
quam parvulis in
Christo

Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis; sed nec nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis;

Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?

Cum enim quis dicat: «Ego quidem sum Pauli,» alius autem: «Ego Apollo»; nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus?

Ministri ejus cui credidistis et unicuique sicut Dominus dedit.

Ego plantavi; Ego (Paulus) plantavi (et statui vos in Apollo rigavit; Apollo doctrinam meam seu verb

Lac simplicium et communiores doctrinam vobis (ut) potum dedi, non (vero) escam (mysteriorum profundiorum sapientiae divinæ); nondum enim (ea portare) poteratis, sed (imo) ne nunc quidem (eam escam portare) potestis. Adhuc enim (ostenditis quod) carnales estis;

Cum enim sit inter vos (inanis) zelus et contentio (seu studium partium quoad excellentiam prædicatorum vestrorum), nonne (illæ) disceptationes probant quod adhuc carnales estis et (quod) secundum (sensum, qui) hominem (carnalem arguit judicatis et) ambulatis? (nonne enim secundum carnalem hominem loquimini),

Cum enim (ali)quis (ex vobis aperte) dicat: «Ego quidem sum (sectator) Pauli,» alius autem (dicat): «Ego (sum sectator) Apollo (utpote eloquentioris); nonne, inquam, sic loquendo manifestatis quod carnales homines (et affectibus humanis obnoxii) estis? Quid (enim) igitur est (hic) Apollo, quid vero (ille) Paulus, (quibus sic adhærere audetis quasi salvatoribus vestrīs? Nihil aliud profecto sunt quam)

Ministri ejus (Christi) cui (per eorum ministerium) credidistis et (qui ad opus salutis vestræ collaborant, prout) unicuique (eorum mandavit, et qui suum talentum vobis imperfuntur in quantum et) sicut (eis) Dominus dedit. Et hæc collaboratio in hoc ordine facta est:

mei semen) rigavit (ei addendo aliquot sed Deus incrementum dedit. præcepta et consilia quibus augeretur et conservaretur); sed Deus (solus huic plantationi meæ et Apollinis superaddimento) incrementum (per vigorem gratiæ suæ dedit, (ut cresceretis et fructum afferretis in fide et in virtute).

Itaque neque (ille) qui plantat est aliquid (aliud nisi agens secundarius), neque (ille) qui rigat (magis aestimandus est; neuter enim sua actione propria interiorum sanctificationis vestræ effectum producere valet); sed (ille solus est omnia et a vobis magni faciendus) qui (semini verbi quod a nobis seminatur) incrementum dat, (nempe) Deus. (Ille)

Qui autem plantat et (ille) qui rigat unum sunt, (scilicet simplicia instrumenta et ad æqualitatem a vobis aestimandi: quoad autem proprium eorum meritum, non a vobis pensandum est sed a Deo a quo) unusquisque autem (eorum) propriam (et congruentem) mercedem accipiet secundum suum laborem.

Dei enim (nos) sumus (tantummodo) adjutores; (vos autem non Pauli sed illius Dei) agricultura (seu ager colendus) estis, (cujus semen est gratia et fructus sunt bona opera, et eni Deus primariam et interiorum præbet culturam per Spiritum suum et exteriorum per ministerium nostrum. Ut alia comparatione utar, ad dam quod) Dei ædificatio (seu ædificium) estis, (cujus primarius et essentialis ar-

Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.

Qui autem plantat et qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Dei enim sumus adjutores; Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis,

chitectus est Deus, Paulus autem et alii ministri tantummodo subservientes. Quod ad me attinet, ego, non meis verbis sed

Secundum gratiam Dei quae data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superaedificat. Unusquisque autem videat quomodo superaedificet.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod (a me) possum est, quod est Christus Jesus.

Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam,

Uniuscujsusque opus manifestum erit : dies enim Domini declara-

Secundum gratiam Dei quae data est mihi (ad vestram salutem ædificandam), ut sapiens (sed secundarius) architectus, (Deo inspirante et juvante, in mentibus vestris fidei sincerum) fundamentum posui; alius autem, (nempe quicumque a meo discessu apud vos Evangelium prædicavit aut nunc prædicat), superaedificat (addendo sua consilia illis quae a me data sunt.) Unusquisque autem (eorum, qui venerunt aut qui venient, caveat et) videat quomodo (et quid) superaedificet (operi meo, quod est ipsum Christi opus. Ædificet super, non autem juxta aut contra):

Fundamentum enim (fidei) aliud nemo potest ponere praeter id quod (a me) possum est (et) quod (nihil aliud) est (quam) Christus Jesus, (quem inter vos posui tanquam vestræ salutis auctorem.)

Si quis autem superaedificat super fundatum hoc (doctrinam sanam et solidam quam in pretio spirituales homines habent sicut) aurum (et) argentum (et) lapides pretiosos, (dum e contra alias superaedificat doctrinam pravam aut vanam quam non pluris pendere debemus quam) lignum (et) fœnum (et) stipulam, (attendant uterque eorum quod aliquando)

Uniuscujsusque (prædicantium opus in lucem edetur et coram universo mundo) manifestum erit ; (veniet) dies enim

(judicii ultimi, quae est proprie dies) Domini, ut ipsa dies illud declarabit (eo ipso) quia (seu quod) in igne (vindice) revelabitur; et (in illa die) uniuscujsusque opus quale sit, (hic) ignis (illo modo probabit, scilicet) :

Si (ali)cujsus opus manserit (inustum) quod superaedificavit, (ut evenit in domo conflagrante ubi aurum et lapides pretiosi manent incombusta ejus auctor) mercedem accipiet;

Si (autem ali)cujsus opus arserit (propter vana ornamenta quibus alteratur), detrimentum (ex igne) patietur, (ut ille qui ex incensa domo elabens non nisi partim ambustus evadit); ipse autem (auctor hujus operis miscellanei seu doctrinæ miscellaneæ) salvus (tandem) erit, sic tamen quasi (seu ea conditione ut transire cogatur) per ignem, (qui operis imperfectionem purificabit, antequam auctorem evadere sinat ad mercedem parti operis sanæ debitam. Si autem sic futurum est quoad veniales doctrinæ defectus, quid fieri de doctrina prava et adversa quæ evertit ædificium et templum Dei quod estis vos ? Enimvero an)

Nescitis quia (seu quod) templum Dei (per baptismum facti) estis et (quod) Spiritus Dei habitat in vobis (per fidem, gratiam, et charitatem suam et cætera dona sua. Attendite igitur, vos falsi prædictores et vos vani eorum auditores; et a violando isto templo per doctrinam erro-

bit quia in igne revelabitur, et uniuscujsusque opus quale sit ignis probabit :

Si cujus opus manserit quod superaedificavit, mercedem accipiet.

Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.

Nescitis quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis.

neam aut pestiferam, aut per schismata
qualia sunt inter vos, abstinet; nam)

Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; templum enim Dei sanctum est quod estis vos, (proindeque Deo charissimum et omnibus maxime venerandum. Ergo, o predicatores et auditores),

Nemo se seducat: Si quis videatur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat ut sit sapiens:

Nemo (vestrum) se (ipsum) seducat (nec decipi sinat sapientia aut scientia mundana; nam) si quis (vestrum gloriatur eo quod) videtur inter vos sapiens esse (ista sapientia quae aestimatur) in hoc saeculo, (insipiens fit coram Deo); stultus (e contra) fiat (stultitia fidei et crucis Christi, quae ut stulta a sapientibus saeculi reprobatur, et inde fiet) ut sit (vere) sapiens secundum Dei sapientiam.

Sapientia enim hujus mundi nihil aliud nisi stultitia est apud Deum, (quia nihil sapit salutare et divinum; stultitia est, inquam, et a Deo reprobanda, sicut) scriptum est enim: « Comprehendam sapientes (mundanos) in astutia eorum, (ut jam patuit historia Joseph qui a fratribus suis ad mortem expositus tam vehementer a Deo elevatus est, et exemplo Saülis Davidem perdere volentis et a regno suo spoliati, et exemplo Amani crucem a se Mardonchao paratam subeuntis. Nonne.

Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt.

Et iterum (in Psalmo dicitur): Dominus (scrutatur et) novit cogitationes (humane) sapientium, (et eas deturbando) sapientium ostendit quoniam (seu quod) vanæ sunt.

Nemo (vestrum) itaque gloriatur in hominibus (sive Paulo, sive Cepha, utpote sapientibus aut eloquentioribus magistris; illi enim sicut alia)

Omnia (entia) enim vestra sunt (et ad Omnia enim ves-
salutem vestram a Deo ordinata), sive stra sunt sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive Amundus (materialis qui corpori et animæ vestræ inservit,) sive vita (quæ vobis da-
tur ut merita colligatis,) sive mors (seu martyrium vestrum), sive (ea quæ sunt) præsentia (tam adversa quam prospera), sive futura (bona quæ vobis in cœlo re-
servantur); omnia enim (et omnes) vestra sunt, (nendum vos illorum sitis):

Vos autem Christi (solius, utpote capi-
tis et magistri vestri, membra et discipuli
estis); Christus autem, (in quantum homo,
creatura et possessio) Dei (est, et in quan-
tum Deus, Filius ejus est. Unde gloriari
non potestis quod sitis sive Pauli sive Cephæ: sed estis Christi, qui est ultimus fi-
nis omnium creaturarum, proindeque es-
tis Dei, ad quem omnia et ipse Christus
reducunt utpote ad creationis et fidei
vestræ auctorem).

Nemo itaque glo-
rietur in homini-
bus:

Vos autem Chri-
sti, Christus au-
tem Dei.

CAPUT IV.

Pergit Apostolus in evelendis schismate et fastu et gloriacione Corinthiorum et præsertim quorumdam qui ipsum despiciebant. Declarat se non hominum sed solius Dei judicium curare. Docet nemini gloriandum esse, siquidem omnes quod habent acceperunt. Commendat apud eos exemplum apostolorum et suipsius qui in humilitate et infirmitate inter eos conversati sunt. Denique eos monet cavendum esse ne postquam patris partes apud eos olim gesserit, judicis severi partes implere cogatur.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.

Hic jam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.

Mihi autem pro minimo (momento) est ut a vobis judicer aut ab humano die; sed neque me ipsum judico:

Nihil enim mihi conscient sum; sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me, Dominus est.

Sic nos (ergo) existimet (quivis) homo (tantummodo) ut ministros (et instrumenta) Christi, et (ut) dispensatores (non vero auctores) mysteriorum (seu doctrinæ) Dei. Inter vos hucusque disputatum est de excellentia humana vestrorum doctorum.)

Hic (autem) jam (non est quæstio; sed) queritur (ut) inter dispensatores (nullus sit suo muneri infidus, sed) ut fidelis quis (que eorum a Deo) inveniatur.

Mihi autem pro minimo (momento) est ut a vobis judicer aut ab humano die (seu judicio); sed (imo) neque me ipsum judico (nec certo modo me judicare possum quoad opera aut conscientiam).

Nihil enim (reprehensibile in ministerio meo) mihi conscient sum, sed non in hoc (proprio judicio meo) justificatus sum;¹ scio enim me falli posse quoad perfectam rectitudinem intentionis meæ et operum

¹ Ergo justi nec certa scire, nec certo credere possunt se esse justos.

meorum et quoad multa delicta occulta quæ non animadverto. Juxta hæc verba Davidis: « Delicta quis intelligit? » « Ab occultis meis munda me »; « Omnis homo mendax »: ille qui autem (æquo et infalibili judicio) judicat me, Dominus est.

Itaque, (cum vobis non sit sufficiens ad certo judicandum notitia), nolite ante tempus (a Deo statutum) judicare (neque de me neque de aliis; sed expectate) quoadusque veniat (dies quo) Dominus (omnia judicabit; ille est enim) qui (adaperiet) et illuminabit (quæ sunt) abscondita (in sinu) tenebrarum (omnium mentium), et manifestabit consilia (occulta) cordium; et tunc laus (vel vituperatio) erit (soluta) unicuique a Deo (secundum ejus merita).

Hæc autem, fratres, (quæ modo dixi contra distinctionem et gloriacionem et incertum judicium quæ quoad doctores vestros admittitis), transfiguravi (seu transluli) in me et (in) Apollo, (qui fuimus vestri primi magistri; et a fortiori de aliis doctoribus et schismatis auctoribus idem dicere licet; sic vero egii) propter vos, ut in nobis (et per hoc nostræ modestiæ exemplum) discatis (quid facere debeatis, et caveatis) ne, (de nobis sentiendo aliquid contra vel) supra quam (id quod in hoc capite nobis tribuendum esse) scriptum est, unus (vestrum) adversus alterum infletur (et glorietur) pro (uno vel) alio (ex prædictoribus). Et nunc ad

Itaque, nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo.

Hæc autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo propter vos, ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio.

ipsoſ prædicatores vaniloquentes deve-
niens, illis dico : Ne tanto glorieris, o
doctor superbe !

Quis enim te
discernit ? quid
autem habes quod
non accepisti ? si
autem accepisti,
quid gloriaris
quasi non acce-
peris ?

Quis enim te (a grege cæterorum segre-
gat et) discernit (tanquam iis superiorem ?)
Nullus, nisi tu ipse qui inflaris. Quæ est
autem hujus inflationis ratio ? an labor
tuus aut industria tua ? atqui hæc non
sunt tua ; nam) quid autem habes quod
non (a Deo) accepisti, (sive quoad inge-
nium sive quoad alia naturæ dona ?) Si
autem (hæc omnia naturalia et supernatu-
ralia) accepisti, quid (de eis) gloriaris
quasi (ea) non acceperis (et e proprio
fundo tuo hauseris. Vos, o magistri, an)

Jam saturati e-
stis, jam divites
facti estis, sine
nobis regnatis et
utinam regnetis
ut et nos vobis-
cum regnemus :

Jam (adeo) saturati estis (sapientia et
gratia et donis Spiritus sancti ? an) jam
(adeo omnibus divitiis spiritualibus) divi-
tes facti estis (ut nihil vobis desit ? Hoc
credere videmini, siquidem) sine nobis
(et nobis quidem exclusis, supra discipu-
los) regnatis (et de nobis triumphare pu-
tatis. Ne credatis nos hoc triumpho pro-
pter nosmetipſos vexari: de bono communi-
tantum solliciti sumus) et (libenter dici-
mus:) utinam regnetis (in Ecclesiæ guber-
natione, modo recte regnetis et ita) ut et
nos, (per charitatem vestris bonis officiis
participantes et quasi sequaces æmuli ve-
stri) vobiscum regnemus, (et de Corinthiis
in eorum salutem triumphemus. Sed mul-
tum abest ut nos vobiscum regnemus);

Puto enim quòd
Deus nos aposto-
stolos (tanquam) novissimos (et abjectis-

simos inter homines mundo) ostendit (et)
tanquam (sontes) morti destinatos ; (in
promptu enim videre est) quia (seu quòd,
quasi ii qui sunt in amphitheatro moritu-
ri), spectaculum facti sumus mundo (in-
feriori et superiori, id est), et angelis et
hominibus. Videte quanta sit inter nos et
vos disparitas !

Nos stulti (apud mundum habemur)
propter Christum, (dum) vos autem (ha-
bemini) prudentes in (prædicando eodem)
Christo, (quippe qui ejus Evangelium ita
prædicatis ut sapientiae et eloquentiae lau-
dem captet vestra prædicatio) : nos (ha-
bemur) infirmi (propter mala quæ pro
Evangelio sine resistantia patimur), vos
autem fortes (estis propter amicitiam po-
tentium qui, in gratiam vestræ eloquentiæ,
omnia mala a vobis avertunt) ; vos
(habemini) nobiles (seu clari et gloriosi),
nos autem ignobiles (et inglorii. Ab initio
prædicationis nostræ)

Usque in hanc horam (nos et) esurimus
et sitimus et nudi sumus et colaphis cæ-
dimur, et instabiles, (deficiente domicilio
fixo), sumus ;

Et laboramus (quotidie) operantes ma-
nibus nostris (ut, victum nobis parantes,
nemini graves simus) ; maledicimur (ab
infidelibus et Judæis), et (nos) benedici-
mus ; persecutionem (pro Evangelio in-
juste) patimur, et (propter Deum patien-
ter illam) sustinemus.

Blasphemamur (ab eis qui nos malefi-
ci S. Paul compris à livre ouvert. — T. I.

los novissimos
ostendit tanquam
morti destinatos,
quia spectaculum
facti sumus mun-
do, et angelis et
hominibus :

Nos stulti pro-
pter Christum,
vos autem pru-
dentes in Christo;
nos infirmi, vos
autem fortes ;
vos nobiles, nos
autem ignobiles.

Usque in hanc
horam esurimus
et sitimus et nudi
sumus et colaphis
cædimur et insta-
biles sumus ;

Et laboramus
operantes mani-
bus nostris ; ma-
ledicimur et be-
nedicimus ; per-
secutionem pati-
mum et sustine-
mus.

Blasphemamur

et obsecramus ; cos vocant), et obsecramus (Deum pro-
tanquam purga-
menta hujus mun-
di facti sumus,
omnium peripse-
ma usque adhuc.

Non ut confun-
dam vos hec scri-
bo, sed ut filios
meos charissimos
moneo.

Nam si decem
millia paedagogorum
habeatis (qui vos regere velint) in Christo,
sed non multos patres :
Nam in Christo
Jesu per Evangelium
ego vos genui.

Rogo ergo vos,
imitatores mei es-
tote, sicut et ego
Christi.

Ideo misi ad vos Timotheum, qui est fi-
lius meus charissimus et fidelis in (colen-
do) Domino, qui vos commonefaciet (et
notas vobis faciet) vias meas, (conver-
sationem, prædicationem, pericula, labores
et vitæ meæ institutum) quæ sunt, in

(et vobis podo-
rem injiciam) hæc (ad vos) scribo : sed,
(utpote pater vester in Christo, vos) ut fi-
lios meos charissimos moneo (ut ab illis
gloriosulis magistris, qui vos a doctrina
vera averterent, caveatis. Vos filios meos
appello et merito ; non eodem jure gau-
dent alii doctores vestri) ;

Nam (et) si decem millia paedagogorum
habeatis (qui vos regere velint) in Christo,
sed non multos patres (habetis qui vos in
illo genuerint : ego solus sum pater ve-
ster) ; nam in Christo Jesu per Evange-
lium (a me prædicatum) ego vos genui.
(Unde mihi debetur vestra prima rever-
entia, imo et vestra mei imitatio).

Rogo ergo vos, imitatores mei estote
sicut et ego, (in quantum possum, imita-
tor sum) Christi. Hoc, non in me confi-
dens sed gratia Dei innixus, dico : et ut
meum exemplum in vobis melius profi-
cere possit,

Ideo misi ad vos Timotheum, qui est fi-
lius meus charissimus et fidelis in (colen-
do) Domino, qui vos commonefaciet (et
notas vobis faciet) vias meas, (conver-
sationem, prædicationem, pericula, labores
et vitæ meæ institutum) quæ sunt, in

quantum possibile est, conformia eis quæ
fuerunt observanda) in Christo Jesu ; (hæc
vobis propono) sicut ubique in omni Ec-
clesia (propono et) doceo. Plures autem
ex vobis forsan de hac exhortatione pa-
rum curabunt, quia me longius abesse
putant quam ut aliquid ex me timendum
habeant ; et)

Tanquam non venturus sim (iterum) ad
vos, sic inflati sunt quidam (et insolescunt).
Sciant autem quòd

Veniam autem ad vos cito, si Dominus
voluerit, et cognoscam (attente perspi-
ciens) non sermonem (plus minusve elo-
quentem) eorum qui (illo) inflati sunt, sed
virtutem (spiritualem eorum verbi et mi-
nisterii).

Non enim in (ornato) sermone est (vir-
tus quæ in mentibus stabilit) regnum Dei
(et perfectionem Christianam); sed (ea
perfectio sita est) in virtute (seu potentia
Spiritus sancti qui sermonem conversione
et morum sanctimonia illustrat. Cum au-
tem ad vos venero),

Quid vultis (ut vobis faciam ? Ex his
duobus unum elige, utrum) in virga (cor-
reptionis et prout severus magister) veniam
ad vos, an in charitate et (in) spiritu man-
suetudinis ? Si me in mansuetudine venire
vultis, a vobis rejicite ea quæ correptione
digna sunt et speciatim illud grave faci-
nus de quo audivi, nempe (eujusdam in-
cestuosi tolerantiam).

Tanquam non
venturus sim ad
vos, sic inflati sunt
quidam.

Veniam autem
ad vos cito, si Do-
minus voluerit,
et cognoscam non
sermonem eorum
qui inflati sunt
sed virtutem :

Non enim in
sermone est reg-
num Dei, sed in
virtute.

Quid vultis ?
in virga veniam
ad vos, an in cha-
ritate et spiritu
mansuetudinis ?

CAPUT V.

Transit Apostolus a schismate ad incestus scandalum et tolerantiam : incestuosum tradit satanæ. Mandat ut omne scelus expurgent, ut puri Pascha celebrare possint. Imperat ne fideles Christianis palam criminosis commisceantur, declarans suo iudicio non subesse eos qui sunt extra Ecclesiam.

Omnino auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.

Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.

Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, jam judicavi ut praesens, eum qui sic operatus est,

In nomine Domini nostri Jesu

Omnino (et certa fama) auditur (quod) inter vos (vigeat) fornicatio, et talis fornicatio qualis nec (est etiam) inter gentes, (et) ita (furens) ut uxorem patris sui (seu novercam suam ali) quis (ex vobis in concubinam) habeat.

Et (non obstante tali infamia), vos inflati estis, et (ex ea infamia) non magis (ingentem) luctum habuistis, (et non adhuc petivistis) ut tollatur de medio vestrum (seu de Ecclesia vestra ille) qui hoc (abominandum) opus fecit; (sed in vanis disputationibus et vana gloriacione delitescitis).

Ego (vero etsi), quidem (a vobis) absens (sum) corpore, praesens autem (inter vos sum) spiritu (meo et sollicitudine mea pro salute vestra; et hac sollicitudinis meæ et apostolatus mei auctoritate innixus), jam judicavi (et statui), ut (seu tanquam si corpore inter vos) praesens (essem), eum (incestuosum) qui sic (perverse) operatus est, (severiter puniri; proindeque statui),

In nomine Domini nostri Jesu Christi congregatis vobis, et meo spiritu (vobis

præsidente), cum virtute (seu auctoritate) Domini nostri Jesu (et eorum prælatorum qui vobis presunt),

Tradere (peccatorem) hujusmodi satanæ, (a quo vexetur in mortificationem et) interitum carnis (suæ peccatrieis, ita) ut per istam expiationem spiritus (ejus) salvus sit in die (iudicij) Domini nostri Jesu Christi. (Igitur, cum tantum sit malum inter vos, certe)

Non est bona (et multum quidem est intempestiva) gloriatio vestra (de sapientia magistrorum vestrorum et vestra. Illud ergo malum cito a vobis ejicite ; nam an) nescitis quia (seu quod, sicut) modicum fermentum totam (farinæ) massam (suo acore inficit et) corruptit, (ita et hoc scandalum totam vestram Ecclesiam corrumpere potest) ?

Expurgate (igitur) vetus (istud et putridum) fermentum, ut sitis (quasi) nova conspersio (seu pasta aqua mixta et macerata), sicut (per baptismum facti) estis (tanquam) panes azymi (a fermento peccati puri, sicut esse debetis per innocentiam vitæ vestræ). Etenim pascha (agit), in quo omnia etiam pro Judæis azyma esse debent, ergo et a fortiori pro vobis ; nam pascha nostrum (multo præstantius est quam pascha Judæorum, siquidem agnus, qui pro nobis immolatus est, (ipse) Christus (est)).

Itaque epulemur (seu hoc paschale fe-

Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu,

Tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvens sit in die Domini nostri Jesu Christi.

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corruptit ?

Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.

Itaque epule-
8.

mur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Scripsi vobis in epistola : ne commisceamini fornicariis :

Nonnique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus ; alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.

Nunc autem scripsi vobis non commisceri ; si is qui frater nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.

Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare ? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis ?

stum celebremus et eum Agnum manducemus) non in fermento veteri (peccatorum vitae præteritæ) neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis (spiritualibus) sinceritatis (seu puritatis) et veritatis (seu justitiae). Jam antea

Scripsi vobis in epistola : ne commisceamini (et ne commercium ullum habeatis cum) fornicarii. (Hæc autem scribens,

Non utique (hoc dicere intendebam) de fornicariis (paganis) hujus mundi, aut avaris, aut (de) rapacibus (boni alieni), aut (de) idolis servientibus, (aut de cæteris peccatoribus qui sunt extra Ecclesiam) ; alioquin debueratis de hoc mundo, (ubi tam multi hujusmodi versantur, omnino) exiisse (quod vero impossibile est nec exigendum) :

Nunc autem (quando) scripsi vobis non commisceri (fornicariis aut aliis peccatoribus, volui dicere quid) si is, qui frater (vester et christianus) nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum (fratre) ejusmodi nec cibum (quidem) sumere (debitis ad vitandam ejus exempli contagionem). Quoad extraneos autem et paganos nihil statuendum habeo) ;

Quid enim mihi (competit) de iis, qui foris (et extra Ecclesiam) sunt, judicare ? (nullam in eis jurisdictionem habeo. Quoad autem istum fornicarium, qui est unus ex vobis, ego judicium proferre valeo ; imo non ego solus, sed) nonne de iis qui intus (et in vestra Ecclesia) sunt, vos (per

prælatos vestros) judicatis (seu judicare potestis ? Certe potestis : illum igitur, non vero paganos, judicate) ;

Nam eos, qui foris sunt, Deus (solus) judicabit. Auferte (vos autem) malum ex vobis ipsis, (istum fornicarium ejiciendo).

Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

CAPUT VI.

Arguit Apostolus Corinthios quid lites instituant coram judice Ethnico et subinde lites injustas. Docet iniquos, quorum varias species enumerat, regnum Dei non possessuros. Deinde transit ad fornicationem, quam insectatur multis argumentis et magna severitate.

Audet aliquis vestrum, (etsi christianus), habens negotium adversus alterum (christianum et fratrem, item intentare quæ debeat) judicari apud (judices) iniquos (seu infideles), et non, (ut deceret), apud (judices) sanctos (seu christianos).

An nescitis quoniam (seu quid) sancti (seu christiani in die judicii) de hoc mundo judicabunt; et si in vobis (eligendi sunt judices per quos) judicabitur mundus (quoad rem salutis omnium gravissimam, an et quomodo) indigni estis qui de minimis (rebus inter vos) judicetis ? (Imo an

Nescitis quoniam Angelos (ipso, bonos quidem judicio approbationis, malos autem judicio condemnationis) judicabimus ? quanto magis (igitur) judicare potestis ea,

Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos et non apud sanctos.

An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt, et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis ?

Nescitis quoniam Angelos judicabimus, quanto magis sœcularia ?

mur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Scripsi vobis in epistola : ne commisceamini fornicariis :

Nonnique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus ; alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.

Nunc autem scripsi vobis non commisceri ; si is qui frater nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere.

Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare ? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis ?

stum celebremus et eum Agnum manducemus) non in fermento veteri (peccatorum vitae præteritæ) neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis (spiritualibus) sinceritatis (seu puritatis) et veritatis (seu justitiae). Jam antea

Scripsi vobis in epistola : ne commisceamini (et ne commercium ullum habeatis cum) fornicarii. (Hæc autem scribens,

Non utique (hoc dicere intendebam) de fornicariis (paganis) hujus mundi, aut avaris, aut (de) rapacibus (boni alieni), aut (de) idolis servientibus, (aut de cæteris peccatoribus qui sunt extra Ecclesiam) ; alioquin debueratis de hoc mundo, (ubi tam multi hujusmodi versantur, omnino) exiisse (quod vero impossibile est nec exigendum) :

Nunc autem (quando) scripsi vobis non commisceri (fornicariis aut aliis peccatoribus, volui dicere quid) si is, qui frater (vester et christianus) nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum (fratre) ejusmodi nec cibum (quidem) sumere (debitis ad vitandam ejus exempli contagionem). Quoad extraneos autem et paganos nihil statuendum habeo) ;

Quid enim mihi (competit) de iis, qui foris (et extra Ecclesiam) sunt, judicare ? (nullam in eis jurisdictionem habeo. Quoad autem istum fornicarium, qui est unus ex vobis, ego judicium proferre valeo ; imo non ego solus, sed) nonne de iis qui intus (et in vestra Ecclesia) sunt, vos (per

prælatos vestros) judicatis (seu judicare potestis ? Certe potestis : illum igitur, non vero paganos, judicate) ;

Nam eos, qui foris sunt, Deus (solus) judicabit. Auferte (vos autem) malum ex vobis ipsis, (istum fornicarium ejiciendo).

Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

CAPUT VI.

Arguit Apostolus Corinthios quid lites instituant coram judice Ethnico et subinde lites injustas. Docet iniquos, quorum varias species enumerat, regnum Dei non possessuros. Deinde transit ad fornicationem, quam insectatur multis argumentis et magna severitate.

Audet aliquis vestrum, (etsi christianus), habens negotium adversus alterum (christianum et fratrem, item intentare quæ debeat) judicari apud (judices) iniquos (seu infideles), et non, (ut deceret), apud (judices) sanctos (seu christianos).

An nescitis quoniam (seu quid) sancti (seu christiani in die judicii) de hoc mundo judicabunt; et si in vobis (eligendi sunt judices per quos) judicabitur mundus (quoad rem salutis omnium gravissimam, an et quomodo) indigni estis qui de minimis (rebus inter vos) judicetis ? (Imo an

Nescitis quoniam Angelos (ipso, bonos quidem judicio approbationis, malos autem judicio condemnationis) judicabimus ? quanto magis (igitur) judicare potestis ea,

Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos et non apud sanctos.

An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt, et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis ?

Nescitis quoniam Angelos judicabimus, quanto magis sæcularia ?

quæ sunt tantum) sacerdotalia, (ut pote ad præsentem vitam spectantia?)

Sacerdotalia igitur judicia si habueritis, contempti maxime) contemptibiles (seu minoris pretij inter eos) qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.

Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum?

Sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles.

Jam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos, quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

Sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus.

Sacerdotalia igitur judicia (seu iuris) si habueritis (dirimenda, judices eligite etiam maxime) contemptibiles (seu minoris pretij inter eos) qui sunt in Ecclesia (vestra; et) illos constituite ad (vos) iudicandum (potius quam Gentiles qui sunt extra Ecclesiam).

Ad verecundiam (et confusionem) vestram (hoc dico. Ergone) sic (incapaces estis, et (an) non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum (et fratrem suum? Quod certe valde pudendum foret),

Sed (tamen) verum esse videtur; nam audio quod frater (christianus) cum fratre (christiano) in publico iudicio contendit, et hoc (iurium iudicatur) apud (iudices) infideles.

Jam quidem, (abstracta iudicis persona, hoc solum) omnino (scandalosum) delictum est in vobis, (nempe) quod iudicia (seu iuris) habetis inter vos; (sed adhuc intolerabilis est vos ad judices infideles recurrere). Quare non magis (seu potius) injuriam (inulti) accipitis? Quare non magis fraudem (a fratre factam christiane) patimini? (Patimini, inquam, et utinam vobis a ceteris tantummodo patiendum esset);

Sed vos (ipsi primam) injuriam facitis, et (vos primi) fraudatis, et hoc fratribus (vestris detrimendum ulro infertis; et qui-

dem multis modis Deo et fratribus injuriā facitis, et multis vitiis vos inquinatis).

An (vero) nescitis quia (seu quod homines) iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, (existimantes de his peccatis non curandum esse; scitote enim quod) neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari (qui bonum alienum per contractus illicitos extorquent), neque ebriosi (qui ita potant ut rationis usum amittant), neque maledici (qui in alios gravia jaciunt convivia), neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Et hæc (crimina olim) quidam (ex vobis admittentes) fuistis (propter ignorantiam aut defectum fidei); sed (quanto nocentiores estis aut essetis nunc cum ex his peccatis per baptismum) abluti estis, (et non solum abluti) sed sanctificati estis (per gratiam, ita ut ad sanctitatem pergere possitis et debeatis; et non solum ad sanctitatem vocati et parati estis, sed (imo etiam) justificati estis (et veram justitiam adepti estis) in nomine Domini nostri Jesu Christi (qui suam justitiam vobis infudit) et in spiritu Dei nostri (cujus tempa facti estis inviolanda). Nolite igitur in ea peccata relabi ne forte novissima vestra fiant pejora prioribus. Quoad lites autem quarum indecentiam modo insecurus sum, fateor ad

An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Et hæc quidam fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis sed iustificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in spiritu Dei nostri:

rigorem licitum esse coram judice pagano
stare jus suum vindicandi causa ; sed ra-
rissime hoc jure utendum est : nam)

Omnia mihi li-
cent, sed non om-
nia expedient ;
omnia mihi licent,
sed ego sub nul-
lius redigar pote-
state.

VERITATIS ALERE FLAMMAM

Omnia (hæc et ejusdem generis) mihi
licent, sed non (hæc) omnia (ad liberta-
tem Christianam) expedient; (hæc) omnia
mihi licent (inquam, concedo); sed ego
(contendo mihi melius esse quòd) sub nul-
lius (extranei) redigar potestate, (pro ser-
vandis tam parvi momenti commodis.

Nam de qua re agitur? de terrestribus ho-
nis acquirendis, quorum præcipuus finis
est satisfactio gulæ : atqui)

Esca ventri et
venter escis; Deus
autem et hunc et
has destruet; cor-
pus autem non
fornicationi sed
Domino, et Domi-
nus corpori.

Esca (nonnisi) ventri (destinata est) et
(pariter) venter (destinatur) escis : (quid
autem vilius esca quæ in ventre corrumpi-
tur, et quid abjectius ventre qui est vas
sordium? nonne uterque morti destinan-
tur? scimus quòd) Deus autem et hunc
(ventrem) et has (escas) destruet : (non
igitur de his ita curandum est ut pacem
inter fratres multo pretiosiorem pro eis
amittamus : non autem de fornicatione
idem dicendum ac de escis : nam) corpus
autem (nostrum) non fornicationi (desti-
natur) sed Domino, (sicut) et Dominus
(noster Jesus Christus destinatur) cor-
pori (nostro, cuius est caput, et quod
olim, utpote ad destructionem non desti-
natum, vivificabit et glorificabit. Revivi-
scet enim corpus, et sicut)

Deus vero et
Dominum susci-
tavit, et nos su-

Deus vero (glorificavit) et Dominum (Je-
sus Christum) suscitavit, (ita) et nos
(quoad corpus et animam) suscitabit per

virtutem suam, (et nos uniet Christo si
gulæ et libidini moriamur. Igitur corpo-
ra vestra in honorem habete ; nam an)

Nescitis quoniam (seu quòd) corpora
vestra membra sunt Christi ? Tollens
ergo (et profanans) membra (mea quæ
sunt membra) Christi, faciam ea membra
meretricis ? Absit (ut tale scelus admit-
tam ? Et tamen hoc admittit qui forni-
catur) :

An nescitis quoniam (seu quòd) qui (per
fornicationem) adhæret meretrici, unum
(et idem) corpus (cum ea) efficitur, (juxta
illud verbum Dei de copula viri et mulie-
ris) : « Erunt enim, inquit, duo in carne
una ». (Unde ergo sequeretur quòd mem-
bra ipsius Christi, quæ unum corpus cum
Christiani membris efficiunt, fierent mem-
bra meretricis. Adhærete Domino : nam)

Qui autem adhæret Domino, unus spiri-
tus (cum eo) est, (non essentialiter sed ac-
cidentaliter, voluntate, gratia, et gloria,
quæ hominem quasi divinum faciunt).

Fugite (ergo) fornicationem, (quæ fuga
melius quam pugna vincitur : ab ea citius
et longius quam a cæteris peccatis rece-
dite : multo magis damnosa est quam alia
peccata ; nam) omne (aliud) peccatum
quocunque fecerit homo, extra corpus
(ipsius) est (commissum et poenitentiam
faciliorem habet) ; qui autem fornicatur,
in (proprium corpus suum peccat, (et dif-
ficiliorem poenitentiam sibi præparat ra-
tione stimulorum qui, concupiscentiam

scitabit per virtu-
tem suam.

Nescitis quo-
niā corpora ve-
stra membra sunt
Christi ! Tollens
ergo membra Chri-
sti, faciam mem-
bra meretricis ?
Absit.

An nescitis quo-
niā qui adhæret
meretrici, unum
corpus efficitur ?
« Erunt enim, in-
quit, duo in carne
una ».

Qui autem ad-
hæret Domino,
unus spiritus est.

Fugite forni-
cationem; omne pec-
catum, quocumque
fecerit homo,
extra corpus est ;
qui autem forni-
catur, in corpus
suum peccat.

vehementer excitantes, contra poenitentem insurgent. Insuper gravem injuriam suo corpori nobili, puro et a Christo redempto irrogat per ejus mixtionem cum meretrice, idem faciens ac ille qui corpus sanum alicujus leprosi corpori alligaret. Non tantum Christo fornicator injuriam infert sed et Spiritui sancto : nam)

An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri ?

An nescitis quoniam (seu quòd) membra vestra templum (quoque facta) sunt Spiritus sancti, qui in vobis est (manens, nihil immundi sustinens, et) quem habetis a Deo (missum in vobis), et (quòd proinde) non estis vestri (juris; ideoque, si fornicamini, instrumento, quod vestrum non est, abutimini. Non estis vestri juris, inquam, hac dupli ratione dominii, quod in vestrum corpus habent Spiritus sanctus et Filius Dei) :

Empti enim estis pretio magno : glorificate et portate Deum in corpore vestro.

Empti enim estis pretio magno (sanguinis Christi, proindeque servi ejus facti estis. Ne igitur corpus vestrum vilipendantis ; sed illud maxima veneratione colentes), glorificate et portate Deum (non solum in mente vestra sed etiam) in corpore vestro.

CAPUT VII.

Diversas quæstiones de matrimonio et virginitate et cœlibatu et divortio et infidelitate dirimit Apostolus, cœlibatum et virginitatem matrimonio anteponens.

(Quoad aliquot quæstiones)

De quibus autem scripsistis mihi, (respondeo 1º quoad matrimonium) : Bonum est homini (in genere) mulierem non tangere (et ab ea carnaliter abstinere. Dico in genere, et in quantum non est periculum fornicationis ei qui non nuberet ; nam)

Propter fornicationem autem (vitandam, consulo ut) unusquisque (liber ab omni vinculo) suam uxorem habeat, et unaquæque (femina pariter libera) suum virum habeat. (Deinde)

Uxori vir (conjugale) debitum reddat, (si illa petat, aut fornicationis vitandæ causa indigeat ; et) similiter autem et uxor (debitum reddat) viro, (nam)

Mulier (nupta) sui corporis potestatem (jam) non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

Nolite (igitur) fraudare (vos) invicem (ab illo debito), nisi forte ex (mutuo) consensu, (et tantummodo) ad tempus, ut vacetis orationi ; et iterum revertimini in

S. Paul compris à livre ouvert. — T. I.

De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere :

Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat et unaquæque suum virum habeat.

Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro.

Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir : similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi ; et ite-

rum revertimini
in idipsum, ne
tentet vos satanas
propter inconti-
nentiam vestram.

Hoc autem dico
secundum indul-
gentiam, non se-
cundum impe-
rium.

Volo enim om-
nes vos esse sicut
me ipsum; sed u-
nusquisque pro-
prium donum ha-
bet ex Deo, alius
quidem sic, alius
vero sic.

Dico autem non
nuptis et viduis :
bonum est illis si
sic permaneant
sicut et ego :

Quod si non
se continent, nu-
bant; melius est e-
nim nubere quam
uri.

Iis autem qui
matrimonio jun-
cti sunt præcipio,
non ego sed Do-

idipsum (conjugale debitum), ne tentet
vos Satanas (et trahat vos in adulterium
aut aliam corruptelam, cuius occasionem
in vobis metipsis habet) propter inconti-
nentiam vestram (ad quam vos proclives
esse animadvertis). Si vobis matrimonio
copula permittitur et etiam adversus in-
continentiam commendatur),

Hoc autem (vobis) dico secundum in-
dulgentiam (quaे vestræ fragilitati debe-
tur), non (autem) secundum imperium;
(e contra)

Volo (seu vellem) enim omnes vos (posse
innuptos) esse sicut me ipsum; sed unus-
quisque proprium donum¹ (castitatis sive
virginalis sive vidualis sive conjugalis)
habet (acceptum) a Deo; alius quidem sic
(donatur, donatur) alius vero sic. (Quisque
autem dono suo quam optime utatur).

Dico autem, (non jubens sed suadens),
non nuptis et viduis, (quod) bonum est
illis, si sic (innupti) permaneant sicut et
ego. (Addo autem)

Quod si non se continent, (expedit ut)
nubant; melius est enim (ad eorum salu-
tem) nubere quam (libidinis ardore) uri
(et in libidinem consentire).

Iis autem qui matrimonio juncti sunt
præcipio, (vel potius) non ego, sed Domi-
nus (præcipit ex una parte) uxorem a viro

¹ Inde male inferunt hæretici sacerdotibus licitum esse matrimonium, si
virginitatis donum se non habere sentiunt: pariter enim inferri posset mar-
tos, si non habent donum castitatis conjugalis, aliam mulierem, sua absente
aut ægrotante, adire posse: atqui hoc consequens absurdum; ergo a pari et
illud.

non (sine causa sufficienti) discedere; minus, uxorem a
(addo)

Quod, si (pro justa causa a viro suo)
discesserit, (oportet illam) manere innu-
ptam (quandiu vir ejus vivit), aut viro suo
reconciliari; et (ex altera parte Dominus
similiter præcipit quod) vir uxorem (suam
nisi pro legitima causa) non dimittat;
(illi autem pariter vetitum est ne, vivente
uxore, ad novum matrimonium convolet.
Hoc de christianis jubens dixi);

Nam (de) cæteris, (qui disparis cultus
sunt), ego dico (suadens et hoc) non (præ-
cipit) Dominus, (quod) si quis frater (chri-
stianus) uxorem habet infidelem (seu ido-
lis deditam), et hæc consentit habitare cum
illo (salva mariti religione), non dimittat
illam¹ (pro sola disparitatis cultus ra-
tione):

Et si qua mulier (christiana) habeat vi-
rum infidelem (seu paganum) et hic con-
sentit habitare cum illa, (item salva uxo-
ris religione), non dimittat virum. (Sæpe
enim vel saltem aliquando)

Sanctificatus est enim (morali quadam
denominatione et quasi sanctitatis asper-
gine) vir infidelis per mulierem fidelem,
(quaे maritum suum exemplo vel adhorta-
tionibus suis ad Religionem attrahere
potest); et (vice versa aliquando) sancti-
ficata est mulier infidelis per virum fide-
immundi essent,

minus, uxorem a
viro non discede-
re;

Quod si disces-
serit, manere in-
nuptam aut viro
suo reconciliari:
Et viro uxorem non
dimittat.

Nam cæteris
ego dico, non
Dominus: Si quis
frater uxorem ha-
bet infidelem et
hæc consentit ha-
bitare cum illo,
non dimittat il-
lam;

Et si qua mulier
fidelis habeat vi-
rum infidelem et
hic consentit ha-
bitare cum illa,
non dimittat vi-
rum.

Sanctificatus est
enim vir infidelis
per mulierem fi-
delem, et sancti-
ficata est mulier
infidelis per vi-
rum fidelem; alio-
quin filii vestri

¹ Hic adverte quod, tunc temporis, Ecclesia non adhuc adducta fuerat ad
prohibendum matrimonium fidelis cum infidieli; postea autem cultus disparitas
impedimentum dirimens facta est.

nunc autem sancti sunt.

lemon ; alioquin filii vestri, (sive quia in potestate solius infidelis remanerent, sive quia ex toro illico nati haberentur, quasi illegitimi et) immundi essent ; nunc autem (cum sub partis fidelis custodia manent, christiane educari possunt proindeque) sancti sunt (aut saltem fieri possunt).

Quod si infidelis discedit, discedat ; non enim servituti subiectus est frater aut soror in hujusmodi in pace autem vocavit nos Deus.

Quod si (pars) infidelis (sponte sua) discedit, (sinat pars altera ut) discedat ; non enim servituti (partis infidelis) subiectus est (aut) frater (christianus) aut soror (christiana) in hujusmodi (coactione, praesertim si non salva sit ejus religio ; nam ut vivamus) in pace autem vocavit nos Deus (ad christianismum). Si vero fidelis pars alteram cogere vellet ut secum maneret, hoc valde periculosum esset) ;

Unde enim scis, mulier, si virum salvum facies ? aut unde scis, vir, si mulierem salvam facies (invitam ? Itaque)

Nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vobis cavit Deus, ita ambulet et sicut in omnibus ecclesiis doceo.

Nisi (obstet illud vel aliud grave datum), unicuique (libeat stare in suo statu) sicut divisit (illi) Dominus ; (et bonum est) unumquemque in statu suo manere) sicut (illum) vocavit Deus ; (et decet ut) ita ambulet (et perseveret in vocatione sui conjugii, sua universim sorte contentus) : et (hoc vos doceo) sicut in omnibus (aliis) ecclesiis doceo : (alioquin ipse reus erit mali effectus ex sua imprudentia proveniatur. Quod de infidelitate dixi, de circuncisione dicendum est. Si jam)

Circuncisus (erat) aliquis (cum ad fidem) vocatus est ; non (necessum est ut) adducat (seu reducat) præputium (quo in circuncisus appareat. Si e contra) in præputio (servato erat) aliquis, (cum ad fidem) vocatus est, non (necessum est ut) circumcidatur :

Circuncisio (enim, quoad salutem et justitiam, nunc) nihil est, et (similiter) præputium nihil est ; sed observatio mandatorum Dei (est aliquid et multum ad salutem conferit).

Unusquisque (igitur), in qua vocatione (seu in quocunque vitæ statu a Deo) vocatus est, in ea permaneat (nihil innovans. Idem de servitute dicendum. Si eras)

Servus (quando ad fidem) vocatus es, non sit tibi curæ (servitus tua quoad conscientiam, quæ ab illa non maculatur) ; sed (tamen, si tibi occurrat occasio) et (opportunitas qua) potes fieri liber (absque ulla injustitia, ea, ad) magis (et melius observandam tuam religionem), utere. (Si vero servitutis jugum excutere non potes, noli de ea anxius esse) :

Qui enim in Domino (colendo) vocatus est, (dum) servus (erat, per hanc ipsam vocationem) libertus (Christi factus) est (et in libertatem filiorum) Domini (adductus) : similiter (ille) qui, (cum esset) liber, (ad fidem) vocatus est, servus (factus) est Christi (qui eum redimendo factus est ejus magister ; ab illo enim et ejus sanguinis)

Circuncisus aliquis vocatus est ; non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur.

Circuncisio nihil est, et præputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.

Unusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

Servus vocatus es, non sit tibi curæ ; sed et si potes fieri liber, magis utere.

Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini ; similiter qui liber vocatus est, servus est Christi :

Precio empti es-
tis; nolite fieri
servi hominum.

Unusquisque in
quo vocatus est,
fratres, in hoc
permaneat apud
Deum.

De virginibus
autem præceptum
Domini non ha-
beo, consilium au-
tem do tanquam
misericordiam
consecutus a Do-
mino ut sim fide-
lis:

Existimo ergo
hoc bonum esse
propter instan-
tem necessitatem,
quoniam bonum
est homini sic
esse.

Alligatus es uxo-
ri, noli querere
solutionem: solu-
tus es ab uxore,
noli querere uxo-
rem.

Si autem acce-
peris uxorem, non

Precio empti estis; (igitur cum ejus si-
tis), nolite (absque necessitate) fieri servi
hominum (qui vos ab ejus servitio averte-
re possent).

Unusquisque (igitur sive servorum sive
liberorum sive circuncisorum sive incir-
cisorum, stans in (statu) quo (ad fidem)
vocatus est, fratres, de eo non anxius sit
et) in hoc permaneat, (certus quod non
inde minus habebitur) apud Deum.

De virginibus autem præceptum (ex re-
velatione) Domini (vobis imponendum)
non habeo; (tantummodo ut simplex)
consilium autem do, tanquam (apostola-
tus gradum et) misericordiam consecutus
a Domino ut sim fidelis (in consulendis iis
quae magis ad gloriam Dei et vestram per-
fectionem attinent. Hoc est autem consi-
lium meum):

Existimo ergo hoc bonum esse, propter
instantem necessitatem (seu multa incom-
moda quae matrimonio sunt adhærentia,
existimo, inquam), quoniam (seu quod)
bonum est homini sic, (nempe innuptum),
esse. (Attamen si)

Alligatus es uxori (sacramento Matri-
monii), noli querere solutionem (seu di-
vortium sine justa causa. Si vero solitus
es (in eo sensu quod non adhuc vincitus
es) ab uxore, noli querere uxorem, (ut Deo
melius vacare possis).

Si autem acceperis uxorem, non pec-
casti; et si nupserit virgo, non peccavit;

tribulationem tamen carnis habebunt
(uterque, quæ oritur ex contractu) hujus-
modi, (nempe liberorum curas et alia
onera conjugii). Ego autem, (cum non nu-
bendi vobis consilium do, hæc incommo-
da vobis parco (seu parcere vellem).

Hoc itaque (vobis) dico, fratres, (ad
quod attendere debetis, scilicet): Tempus
(hujus vitæ, qua uti debemus ut ad vitam
æternam tendamus), breve est; (ergo) re-
liquum (et bonum vobis) est ut et (illi ex
vobis), qui habent uxorem, tanquam non
habentes sint (in eo sensu quod rem uxori-
am plus quam Dei servitium non ha-
beant; item bonum est ut)

Et (illi) qui flent, (non desperent et)
sint tanquam non flentes (plusquam con-
venit deflere mala transitoria; item etiam
bonum est ut) et (illi) qui gaudent (sint)
tanquam non gaudentes (plus quam bonis
temporaneis gaudere decet; item bonum
est ut) et (illi), qui emunt (res vitæ neces-
sarias vel commodas, sint) tanquam (eas)
non possidentes (et se quasi earum usu-
fructuarios putent et gerant, siquidem eas
relinquere debent: item denique bonum
est ut)

Et (illi omnes) qui utuntur hoc mundo,
(quoad mundum et res mundanas se ha-
beant) tanquam (eo) non utantur (nisi
obiter et propter necessitatem aut decen-
tiam, sed sine affectus adhæsione, siqui-
dem tantummodo) præterit enim figura
hujus mundi, (qui brevi deficiet proindeque

peccasti; et si
nupserit virgo,
non peccavit: tri-
bulationem tamen
carnis habebunt
hujusmodi. Ego
autem vobis par-
co.

Hoc itaque dico,
fratres: Tempus
breve est: reli-
quum est ut et
qui habent uxores
tanquam non ha-
bentes sint:

Et qui flent,
tanquam non
flentes; et qui
gaudent, tanquam
non gaudentes;
et qui emunt, tan-
quam non possi-
dentes;

Et qui utuntur
hoc mundo, tan-
quam non uten-
tur; præterit e-
nim figura hujus
mundi.

adhæsione cordis nostrinon est dignus. Vos ad libertatem vestram servandam extra matrimonii vinculum exhortor, quia

Volo autem vos sine sollicitudine esse: Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quod modo placeat Deo.

Qui autem cum uxore est sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est:

Et mulier innupta, et virgo cogitat quæ Dei sunt, ut sit sancta corpore et spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

Volo (seu cuperem) autem vos sine sollicitudine, (quæ ex eo oritur, et ejus servitute liberos) esse. (Nam) qui sine uxore est, sollicitus est (tantummodo vel saltem sæpius de iis) quæ (ad gloriam et principaliiter curat) Domini (spectantia) sunt, (et

Qui autem cum uxore (degens) est, (præter et sæpe extra curam salutis) sollicitus est (eorum) quæ sunt (hujus) mundi, (et curat) quomodo placeat uxori; et (sic animus ejus in multas curas distractus et) divisus est. (Similiter)

Et mulier (quæ est) innupta, et (ea quæ remanet) virgo, cogitat (seu cogitare potest) peculiarius et sæpius de iis) quæ (ad gloriam et amorem) Dei (spectantia) sunt, (et toto corde incumbere potest) ut sit sancta corpore et spiritu. Quæ autem nupta est cogitat (specialius de iis) quæ (sibi facienda) sunt (ut satisfaciat beneplacito) mundi, (et multum sollicita est) quomodo placeat viro (suo).

Porro hoc ad (majorem) utilitatem vestram dico, non (autem) ut laqueum vobis injiciam, (continentia obligationem vobis intempestivam præcipiendo): sed (hoc tantummodo consulens dico ea mente ut vos exhorter) ad id quod (magis) honestum est (et quod in meliori et faciliori conditione vitæ vos statuet), et (ad) id quod

facultatem (vobis) præbeat sine impedimento Deum obsecrandi (et illi melius serviendi).

Si quis (pater) autem turpem (seu indecorum) se videri existimat super virgine sua, (eo quod remaneat adhuc virgo cum jam) sit superadulta, (et judicet quod melius sit nubere eam) et (quod propter ipsius majus commodum) oportet ita fieri, quod vult faciat; non peccat (pater), si (ex ejus instantia filia) nubat. (Non autem, secluso incontinentiae periculo, hic pater meliorem partem pro ea eligit);

Nam (ille pater) qui statuit, (non obstantibus mundi sermocinationibus), in corde suo (et conscientia sua) firmus, non habens (aliunde suam filiam nubendi) necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis (quoad eligendum filiæ suæ statum), et hoc judicavit in corde suo nempe servare virginem (filiam) suam, hic bene facit.

Igitur et (ille) qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et (ille) qui (eam) non jungit, (salvatis salvandis), melius (adhuc) facit. (Quoad viduas similiter dico melius eis esse, si iterum non nubant; nam)

Mulier (nupta) alligata est legi (quæ uxorem marito alligat), quanto tempore vir ejus vivit, (proindeque ejus libertas vincta est); quod autem si (dormitione mortis) dormierit vir ejus, liberata est a lege (mariti, proindeque illi licet ut) cui

Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat; non peccat si nubat:

Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, et hoc judicavit in corde suo servare virginem (filiam) suam, bene facit.

Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit.

Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit; quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat tantum in Domino.

vult (iterum) nubat, (modò) tantum (viro Christiano et) in Domino (nubat : alioquin infidi nubens suæ perversioñis periculum incurreret. Propter autem conjugii incommoda, dico quòd)

Beator autem erit si sic (libera) permanserit secundum meum consilium (jam antea explanatum : atqui) puto autem quòd et ego, (utpote Apostolus), spiritum Dei habeam, (et ea quæ sunt hujus spiritus menti conformia cognoscere et docere valeam).

CAPUT VIII.

De esca idolis consecrata quæstionem a Corinthiis propositam tractat Apostolius; declarat per se hanc escam non esse illicitam quia idolum nihil est, sed eam fieri illicitam si fiat repugnante conscientia aut cum scandalo infirmorum.

De iis autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus.

Scientia inflat; charitas vero ædificat.

De iis autem (escis, sive carne, sive pane, sive vino), quæ idolis sacrificantur, scimus quia (seu quòd) omnes nos, (utpote christiana fide edocti), scientiam (sufficientem) habemus (ut ea tanquam rem indifferentem existemus, et ab idolis escam nullo modo corruptam esse credamus. Sed de hac nostra scientia ne nimium præsumamus) :

Scientia (enim haec vestra, qua adversus ignorantes superbitis cum eorum scandalo, vos tantummodo) inflat (et charitati est opposita); charitas vero ædificat (infir-

mos, et eis compatiendo, non autem superbiendo, eos ad salutem provocat).

Si quis autem (vestrum) se existimat scire aliquid (scientiæ christianæ, dum hanc charitatis regulam non sequitur), nondum cognovit quemadmodum (et quid) oporteat eum scire; (non enim novit modum et usum et finem scientiæ, nempe omnibus prodesse et namini obesse et sic a Deo agnosci et amari. Nam)

Si quis autem diligit Deum, (debet diligere proximum; et ea tantum conditione) hic cognitus (et approbatus) est ab eo.

De escis autem quæ idolis immolantur scimus, (per lumen fidei), quia (seu quòd quasi) nihil (reputandum) est idolum: (falso inde concludunt Novantes contra imagines idem quod contra idolum asseritur; idolum enim condemnatur in quantum est similitudo rei falsæ, imago vero est similitudo rei veræ), in mundo (seu in rerum natura, quia in se nihil numinis habet) et quòd nullus est (alius) Deus nisi (ille) unus (quem colimus).

Nam etsi sunt (multi) qui (a paganis) dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (dominantes, ut Jupiter, Apollo et alii), siquidem sunt dii multi et Domini multi (ab iis recogniti; pro)

Nobis tamen unus (est) Deus, (unus) Pater ex quo omnia (creata profluunt, per) et (propter quem) nos (creati et erudit) sumus ut tendamus) in illum (tanquam ad primarium et ultimum finem nostrum); et

Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.

Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus nisi unus:

Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra, siquidem sunt dii multi et Domini multi,

Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus per

vult (iterum) nubat, (modò) tantum (viro Christiano et) in Domino (nubat : alioquin infidi nubens suæ perversioñis periculum incurreret. Propter autem conjugii incommoda, dico quòd)

Beator autem erit si sic (libera) permanserit secundum meum consilium (jam antea explanatum : atqui) puto autem quòd et ego, (utpote Apostolus), spiritum Dei habeam, (et ea quæ sunt hujus spiritus menti conformia cognoscere et docere valeam).

CAPUT VIII.

De esca idolis consecrata quæstionem a Corinthiis propositam tractat Apostolius; declarat per se hanc escam non esse illicitam quia idolum nihil est, sed eam fieri illicitam si fiat repugnante conscientia aut cum scandalo infirmorum.

De iis autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus.

Scientia inflat; charitas vero ædificat.

De iis autem (escis, sive carne, sive pane, sive vino), quæ idolis sacrificantur, scimus quia (seu quòd) omnes nos, (utpote christiana fide edocti), scientiam (sufficientem) habemus (ut ea tanquam rem indifferentem existemus, et ab idolis escam nullo modo corruptam esse credamus. Sed de hac nostra scientia ne nimium præsumamus) :

Scientia (enim haec vestra, qua adversus ignorantes superbitis cum eorum scandalo, vos tantummodo) inflat (et charitati est opposita); charitas vero ædificat (infir-

mos, et eis compatiendo, non autem superbiendo, eos ad salutem provocat).

Si quis autem (vestrum) se existimat scire aliquid (scientiæ christianæ, dum hanc charitatis regulam non sequitur), nondum cognovit quemadmodum (et quid) oporteat eum scire; (non enim novit modum et usum et finem scientiæ, nempe omnibus prodesse et namini obesse et sic a Deo agnosci et amari. Nam)

Si quis autem diligit Deum, (debet diligere proximum; et ea tantum conditione) hic cognitus (et approbatus) est ab eo.

De escis autem quæ idolis immolantur scimus, (per lumen fidei), quia (seu quòd quasi) nihil (reputandum) est idolum: (falso inde concludunt Novantes contra imagines idem quod contra idolum asseritur; idolum enim condemnatur in quantum est similitudo rei falsæ, imago vero est similitudo rei veræ), in mundo (seu in rerum natura, quia in se nihil numinis habet) et quòd nullus est (alius) Deus nisi (ille) unus (quem colimus).

Nam etsi sunt (multi) qui (a paganis) dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (dominantes, ut Jupiter, Apollo et alii), siquidem sunt dii multi et Domini multi (ab iis recogniti; pro)

Nobis tamen unus (est) Deus, (unus) Pater ex quo omnia (creata profluunt, per) et (propter quem) nos (creati et erudit) sumus ut tendamus) in illum (tanquam ad primarium et ultimum finem nostrum); et

Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.

Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus nisi unus:

Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra, siquidem sunt dii multi et Domini multi,

Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus per

quem omnia et (nobis quoque) unus (est) Dominus Jesus nos per ipsum.

Christus, per quem omnia (simul cum Par-
tre creata sunt), et nos (creati et redem-
pti) per ipsum. (Hoc scimus, nos, quia
fidei lumen accepimus)¹;

Sed non in omnibus est scientia; quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant; et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur.
Sed non in omnibus (hominibus nec etiam in fratribus) est (haec de idolorum vanitate) scientia; (nam) quidam autem (ex vobis) cum conscientia usque nunc (erronea circa inanitatem) idoli, (illas escas cum reverentia), quasi idolothytum (esset ali-
quid sacri), manducant (contra repugnan-
tem conscientiam suam qua credunt eas afflato dæmonis esse pollutas); et (sic) con-
scientia ipsorum, cum sit infirma (seu non sufficienter erudita, nihilominus) polluitur (pro eo ipso facto quod contra eam agatur). Vos autem de idolorum inanitate melius edocet, cum has escas manducatis, non peccatis; sed propter ignororum conscientiam, ab eis publice abstinet, ne vestro exemplo contra ipsorum conscientiam ad earum manducationem proindeque ad peccatum adducantur. Quid vero pro vestra apud Deum commendatione perdetis, si ab illo abstinueritis? Nam)

Esca autem nos non commendat Deo; neque enim si manducaverimus, abundabimus; neque si non manducave-

¹ In hoc versiculo præpositio ex Patri, ut primo principio, tribuitur; præpositio per adjudicatur Filio, utpote per quem omnia facta sunt; præpositio in Spiritu sancto utpote Patris et Filii vinculo.

lutem commodi vobis ex hac manduca-
rimus, deficie-
tione proveniet¹.

Videte autem (et potius attendite) ne forte haec (manducandi idolothytum) li-
centia vestra, (per seipsam quidem et pro-
pter conscientiam vestram bene instru-
ctam quoad vos innoxia), offendiculum (et
occasio peccati) fiat (pro fratribus vestris)
infirmis, qui contra conscientiam suam
erroneam manducarent).

Si enim (ali)quis (eorum infirmorum)
viderit eum (ex vobis), qui habet scientiam
(et conscientiam suæ libertatis), in idolio
(secum) recumbentem (et idolothyta man-
ducantem), nonne (forsitan) conscientia
ejus, cum sit infirma (et circa hoc pun-
ctum erronea), ædificabitur (seu inducetur
vestro exemplo) ad manducandum (haec)
idolothyta (quæ sacra et contaminata esse
credit)?

Et (sic) peribit, (mortaliter peccando
animæ mortem hauriens), in tua scientia,
(ille) infirmus frater, propter quem (salvan-
dum) Christus mortuus est.

Sic autem peccantes (contra charitatem
quam exercendam habetis) in fratres, et
(lethali vulnere) percutientes conscientiam
eorum infirmam, in Christum (ipsum)
peccatis, (salutem proximi quam suo san-
guine acquisivit evertentes).

Quapropter si esca (idolo oblata) scan-

Videte autem
ne forte haec li-
centia vestra of-
fendiculum fiat
infirmis.

Si enim quis vi-
derit eum, qui ha-
bet scientiam, in
idolio recumbe-
ntem, nonne con-
scientia ejus, cum
sit infirma, ædifi-
cabitur ad man-
ducandum idolo-
thyta?

Et peribit infir-
mus in tua sci-
entia frater, propter
quem Christus
mortuus est.

Sic autem pec-
cantes in fratres,
et percutientes
conscientiam eo-
rum infirmam, in
Christum pecca-
tis.

Quapropter si

¹ Inepte hoc loco abutuntur hæretici contra ciborum delectum et jejunia:
idolothytum enim nos non commendat Deo, quia in ejus manducatione vel
abstinentia non erat virtus, nisi ratione circumstantæ; ab esca autem vetita
abstinentia est actus obedientiæ qui Deo nos commendare valet.

esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

dalizat fratrem meum, (ego) non manducabo (hanc) carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem (et sic ei peccandi occasionem præbeam).

CAPUT IX.

Scandalum vitandum esse docere pergit Apostolus, declarans quod, ob illud vitandum, ipse victum prædicationi suæ debitum accipere noluit. Eamdem ob causam se omnibus omnia factum fuisse ostendit, ut discant quantum proximi salus curanda sit. Ad eamdem proximi ædificationem eos invitat, et docet nobis, in agone virtutis, esse currendum et certandum.

(Propter hunc scandali metum, etiam a rebus legitimis abstinere volui, verbi gratia, a cibo quem a vobis exigere poteram : Nam an)

Non sum liber? non sum Apostolus? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino?

Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

Non sum (et eram) liber (illum cibum a vobis accipiendi, si libuerit? an) non sum apostolus, (sicut et cæteri qui illum a vobis recipiunt?) Nonne, (sicut et ipsi), Christum Jesum Dominum nostrum vidi, et ab eo meam auctoritatem et missionem accepi?) Nonne (per conversionem vestram, mea prædicatione partam), opus meum vos (facti) estis in Domino (cui vos lucratus sum? Certe opus meum estis; nam)

Et si (pro) aliis non sum apostolus, (quia non a meo ministerio ad fidem ad ducti sunt), sed tamen (pro) vobis sum (apostolus et a vobis ut talis agnoscendus, sicut vos prout meos in Christo filios

agnosco) : nam signaculum (seu testimonium) apostolatus mei vos estis, (siquidem vos) in Domino (genui per prædicationem et pericula quæ pro vestra salute suscepisti. Itaque)

Mea defensio apud eos, qui me (de meo apostolatu) interrogant, hæc est, (scilicet, vestra per me ad fidem conversio. Si autem nos nostri apostolatus apud vos tota testima ria reliquimus),

Nunquid, (si petere libeat), non habemus potestatem manducandi et bibendi (de sumptibus vestris)?

Nunquid non habemus potestatem mulierem, (non uxorem, sed) sororem circumducendi (nobiscum, quæ victum nobis, tanquam famula et discipula, ministret), sicut et (secum circumducunt) cæteri apostoli et fratres (seu consanguinei) Domini et (ipse) Cephas (apostolorum princeps et exemplar)? Certe hanc potestatem habemus;

Aut (dicendum esset quod) ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi (quod faciunt cæteri; atqui hæc prorsus iniqua esset conclusio : cur enim nobis non liceret quod omnibus in alio quovis curriculo licitum est : nam, exempli gratia):

Quis (miles) militat (ex) suis stipendiis unquam? (atqui nonne militamus pro Christo?) Quis (viniculor) plantat vineam et de ejus fructu non edit? (atqui nonne et nos vineæ Christi cultores sumus?) Quis

Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est.

Nunquid non habemus potestatem manducandi et bibendi?

Nunquid non habemus potestatem mulierem, sororem circumducendi, sicut et cæteri apostoli et fratres Domini et Cephas?

Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi.

Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam et de fructu ejus non edit? quis pascit

gregem et de lacte
gregis non man-
ducatur?

Nunquid secun-
dum hominem
haec dico? An et
lex haec non di-
cit?

Scriptum est e-
nim in lege Moysi:
« Non alligabis os bovi trituranti (ne ex eo
manducare possit? atqui), nunquid (seu
an) de bobus (præcipua) cura est Deo »,
(quando sic loquitur? nonne altius et ad
homines laborantes evidenter alludit?
proindeque)

An propter nos
utique hoc dicit?
Nam propter nos
scripta sunt, quo-
niā debet in spe
qui arat, arare, et
qui triturat, in spe
fructus percipiendī:

Si nos vobis spi-
ritualia semina-
vimus, magnum
est si nos carnalia
vestra metamus?

Si alii potestatis
vestræ participes

(pastor) pascit gregem et de lacte gregis
non manducat? (atqui nonne gregem Christi
pascimus? Et an seu?)

Nunquid secundum hominem (seu ra-
tionem humanam solam) haec dico? (Mi-
nime: haec rationes et similitudines, quas
modo attuli, Scripturæ testimonio confir-
mantur; nam) an et lex (divina) haec (ea-
dem) non dicit? (Nonne?)

Scriptum est enim in lege (data) Moysi?
« Non alligabis os bovi trituranti (ne ex eo
manducare possit? atqui), nunquid (seu
an) de bobus (præcipua) cura est Deo »,
(quando sic loquitur? nonne altius et ad
homines laborantes evidenter alludit?
proindeque)

An (non) propter nos (triturantes in
area Domini) utique hoc dicit? (certe);
nam haec (specialius propter nos scripta
sunt quoniā, (sic) debet (seu legitime
potest), in spe (aliquem) fructum ex aratione
sua colligendi, ille) qui arat, arare;
et (sic ille), qui triturat, (granum) jus ha-
bet illud triturandi) in spe (alicujus ex eo)
fructus percipiendi; (ita a pari et nos, vi-
neæ cultores et boves typici triturantes,
laboris nostri fructus percipere debemus; et)

Si nos vobis spiritualia (fidei semina,
quæ multo sunt potiora, in mentibus vestris)
seminavimus, (an adeo) magnum (et
indecens) est si nos carnalia (alimenta)
vestra metamus. (Denique),

Si alii (Apostoli qui, non sunt specialiter
vestri), potestatis (seu substantiæ) vestræ

(merito et jure) participes (facti) sunt,
quare non (pariter et etiam) potius nos,
(qui sumus apostoli proprie vestri, eodem
jure uti liceret?) sed non usi sumus (nec
utemur) hac potestate; sed omnia, (nem-
pe famem et sitim et alia incommoda)
sustinemus, ne (ali)quod offendiculum
(etiam pharisaicum) demus, (nempe sus-
picandi quod propter emolumentum tem-
porale p rædicamus, et sic inimicis occasio-
nem præbeamus nocendi) Evangelio Christi.
(Hoc idem jus de sumptu vestro vivendi
alio exemplo confirmare possum; nam an)

Nescitis quoniā (sacerdotes et levitæ),
qui in sacrario (aliquid munus) operan-
tur, (hostias et decimas et primitias) qua-
de sacrario (proventæ) sunt, edunt; et
(similiter ii), qui altari (quovis modo) de-
serviunt, cum altari, (seu altaris oblatio-
nibus) participant?

Ita et (a fortiori) Dominus (Christus
fieri) ordinavit iis, qui Evangelium
(suum) annuntiant, (eis permittens de)
Evangelio (et ministerii sui fructibus) vi-
vere, (juxta haec ipsius verba: « In eadem
domo manete, edentes et bibentes qua
apud illos sunt; dignus est enim ope-
rarius mercede sua »).

Ego autem, (ut antea dixi), nullo horum
(jurium) usus sum; (itaque suspicari) non
(potestis quod) autem scripsi haec (juris mei
argumenta), ut ita (liberalitates vestræ)
fiant in me; (e contra puto quod) bonum
est enim mihi (et) magis (optandum) mori

Nescitis quo-
niā qui in sa-
crario operantur,
quaæ de sacra-
rio sunt edunt;
et qui altari de-
serviunt, cum altari
participant.

Ita et Dominus
ordinavit iis, qui
Evangelium an-
nuntiant, de E-
vangelio vivere.

Ego autem nul-
lo horum usus
sum. Non autem
scripsi haec ut ita
fiant in me: bo-
num est enim mi-
hi magis mori

quam ut gloriam
meam quis eva-
cuet.

quam (permittere) ut , (me nutriendo),
gloriam meam, (quam apud Deum mea
prædicatione gratuita) acquisivi, (ali)quis
evacuet (seu merito vacuam faciat et
mercedem meam inaniat. Hæc enim præ-
dicationis meæ gratuitas est sola meæ
gloriæ ratio);

Nam si evan-
gelizavero, non
est mihi gloria ;
necessitas enim
mihi incumbit ;
væ enim mihi est
si non evangeliza-
vero.

Si enim volens
hoc ago, merce-
dem habeo ; si
autem invitus,
dispensatio mihi
credita est.

Quæ est ergo
merces mea ? ut
Evangelium præ-
dicans sine sum-
ptu ponam Evan-
gelium, ut non ab-
butar potestate
mea in Evange-
lio.

Nam si evangelizavero, non est mihi
(pro ipso evangelizandi facto) gloria (sin-
gularis) ; necessitas enim (evangelizandi)
mihi incumbit ; vñ enim mihi est, si (a Do-
mino jussus) non evangelizavero. (Sed)

Si enim volens, (et nihil pro illo munere
accipiens), hoc ago (sponte mea), mer-
cedem (et gloriam eximiam apud Deum
inde colligendam) habeo ; si autem invi-
tus (nec liberaliter prædicavero, nulla
mihi inde merces aut gloria expectanda
est ; nihil enim prædicans ago nisi quod
jubeor, siquidem ejus ministerii) dispen-
satio mihi credita (et etiam imposta) est ;
(unde mihi, non gratuito prædicanti, ap-
plicandum foret hoc poetæ verbum : « Vi-
tavi denique culpam, non laudem mer-
rui »).

Quæ est ergo merces mea (ex prædica-
tione mea expectanda ? ea scilicet), ut
Evangelium (ego) prædicans sine sumptu
(alieno coram vobis gratuito) ponam
Evangelium, (et) ut non (ullus homo me
possit arguere quod) abutar potestate mea
(aliquid emolumentum colligendi) in
Evangelio (a me prædicato. Etsi enim

jure meo uti liceret, in minus tamen
Evangelii et mei bonum hic usus cederet.
Magnum enim bonum Evangelio et mihi
ex hoc ministerio gratuito exsurgit :

Nam cum liber essem ex omnibus (vin-
culis, quæ me obstrinxissent sive quoad
benefactores sive quoad commodiorem
vitæ rationem), omnium me servum (faci-
lius facere potui et) feci, (me vitæ et infir-
mitati aliorum conformem faciendo) ut
(quam) plures (Christo) lucrifacerem ;
(unde)

Et (sic) factus sum Judæis, tanquam (si
Judæus (essem, in iis quæ fidei christianæ
non repugnabant), ut Judæos (huic fidei
per hanc licitam vitæ conformitatem faci-
lius lucrarer : (factus sum, inquam, cum)

Iis, qui sub lege (mosaica degentes)
sunt, quasi sub (eadem) lege essem, (ver-
bi gratia, Timotheum circuncidendo et
templum Judaicum adeundo), cum (ta-
men) ipse non essem sub (ea) lege ; (et sic
me eis conformem feci), ut eos, qui sub
(hac antiqua) lege erant, (novæ legi) lu-
crifacerem : (similiter et factus sum) iis
(infidelibus), qui sine lege (scripta natura-
liter viventes) erant, tanquam (si ego
ipse) sine lege essem, cum (tamen) sine
lege Dei (scripta) non essem, sed in lege
essem (Domini nostri Jesu) Christi ; (et sic
factus sum cum eis) ut lucrifacerem (legi
christianæ) eos (Gentiles) qui sine (ulla nec
mosaica nec christiana) lege erant. (Par-
ter et propter eamdem libertatem)

Nam cum liber
essem ex omnibus,
omnium me ser-
vum feci ut plures
lucrifacerem :

Et factus sum
Judæis tanquam
Judæus ut Ju-
dæos lucrarer ;

Iis qui sub lege
sunt, quasi sub
lege essem, cum
ipse non essem
sub lege, ut eos
qui sub lege erant
lucrifacerem ; iis
qui sine lege erant,
tanquam sine lege
essem, cum sine
lege Dei non es-
sem, sed in lege
essem Christi, ut
lucrifacerem eos
qui sine lege e-
rant.

Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificerem. Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos.

Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.

Nescitis quod ii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed (ex eis) unus unus accipit (primum) bravium; sic currere ut comprehendatis.

Factus sum (cum) infirmis infirmus, (non mentientis actu, sed compatientis affectu), ut (per illam compassionem, quæ a Christi religione procedit), infirmos (Christo) lucrifaccerem. Omnibus (denique hominibus) omnia factus sum, (in quantum honestas et lex Dei sinebant, scilicet vivendo cautus mihi et cæteris utilis et Deo gratius), ut, (hac vivendi ratione me illorum vitae permiscens, eorum emendationem sine animæ meæ periculo faciliter provocarem, et sic) omnes facerem salvos.

Omnia autem (hæc spontanee et gratis) facio propter Evangelium (melius propagandum), ut particeps (fructuum) ejus (Evangelii sic propagati) efficiar, (et inde gratiam in tempore et gloriam in cœlis aequiram). Quare autem sic gratis plus quam oportet laboro? quia, dum in hujus vitae stadio curro, bravium primum desidero. Ita et vos facite, non vobis parcentes ne quid nimium pro salute agatis; ille enim qui sic sibi parcit, ne quod quidem satis est facit, ut in currentibus in stadio videre est. Nam an-

Nescitis quod ii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed (ex eis) unus (tamen) accipit (primum) bravium, (et pauci alia secundi vel tertii ordinis præmia accipiunt). Quare autem, nisi quia major pars sibi nimis indulget et se non sufficienter ad bene currendum aptat? Non ita sit de vobis; sed) sic currite ut (primum vel saltem secundum aut tertium

præmium) comprehendatis. (Ne plus æquo facere timeatis, ut athletæ qui plus quam minus ad agonem se accingunt: nam)

Omnis autem qui in agone contendit, (per plures dies ante pugnam), ab omnibus, (quæ ipsum enervare possent), se abstinet; et illi quidem (hanc abstinentiam subeunt) ut corruptibilem (et temporaneam) coronam accipient; nos autem (ex agone nostro) coronam incorruptam (et æternam) expectamus. Fixis in hanc coronam oculis,

Ego igitur sic curro non quasi in incertum (finem tendam; sed cursum meum et vita modum ad finem debitum dirigo); sic pugno non quasi aerem (frustra et inaniter essem) verberans;

Sed (hostem verbero, scilicet) castigo corpus meum (et carnis meæ concupiscentiam refræno; illam carnem abstinentia et jejunio) in servitutem redigo (ut spiritui subjiciatur), ne forte, cum aliis (quid ad celestem mercedem obtinendam facere debeant) prædicaverim, ipse reprobus efficiar (et a mercede mea excludar).

Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem ut corruptibilem coronam accipient, nos autem incorruptam.

Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans;

Sed castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

CAPUT X.

Occasione agonis, Christianos inertes luxuque deditos insectatur Apostolus; et ad veterum Judæorum mores et vitia digreditur, docens eos quam cavenda sint vitia et maxime idolatria. Ad quæstionem de idolothysis reddit; et ab eis abstinentum esse, quatenus idolis immolata sunt, declarat, ne sic sacrificio idololatrico consentire videantur et infirmis inde adveniat scandalum. Ædificationem, qua Dei gloria et proximi salus procurentur, maxime commendat.

(Vobis athletarum in agone currentium exemplum proposui, ut eorum ardorem imitemini, et ne credatis vobis satis esse quod in Christum credatis ut salvemini: aliud novum exemplum habeo vobis proponendum ex Judæis resumptum, unde zelum vestrum provocetur):

Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt,

Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari;

Et omnes in (duce) Moyse, (Christi typus), baptizati sunt (typice) in (seu sub) nube (præeunte quæ erat typus Spiritus sancti animam nostram refrigerantis), et (baptizati sunt simul et figurative) in mari (quod erat typus lavacri, in quo per sanguinem Christi a peccatis nostris abluimur et ad libertatem novæ vitæ transimus, sicut patres nostri, demersis hostibus, a servitute Ægyptiaca liberati sunt);

Et omnes eamdem escam spiritalem (et typicam) manducaverunt, (nempe manna, quod cibum spiritalem appello in eo sensu quod absque humano opere ab Angelorum ministerio productus erat et quod Eucharistiae figura fuit);

Et omnes eumdem potum spiritalem (et typicum) biberunt, (nempe aquam miraculose defluentem de petra, quam quoque spiritalem dico in eo sensu quod per ministerium Dei aut Angelorum procedebat, et quod ille potus erat typus sanguinis Christi quo animæ refrigerantur; potum spiritalem, inquam, bibeant; nam) bibeant autem de spirituali (et quasi) consequente eos petra (in eo sensu quod aqua ex ea profluens ad omnes et singulos Hebræos perveniebat: hæc) petra autem (typice) erat Christus, (qui a Judæis percussus, ut petra a Moyse, uberrimos a latere suo gratiarum fontes effudit¹);

Sed (tamen, licet omnes eamdem escam manducaverint et eumdem potum biberint), non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam (plures eorum propter murmuraciones et alia peccata) prostrati sunt in deserto, (et in terram promissam non intraverunt).

Hæc autem, (quæ Hebræis acciderunt), Hæc autem in

Et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt;

Et omnes eumdem potum spiritalem biberunt: (bibeant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus).

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto.

¹ Inde concludunt hæretici: « Petra erat Christus. id est typus Christi; ergo a pari ex his verbis: hoc est corpus meum, » dici potest quod significant, id est, figura corporis mei Nego consequiam, quia ita petra a Christo dispar est ut una non possit nisi figurative esse altera; non item vero dicendum de pronomine « hoc », quod non solum non disparatum est à corpore, sed proprie designans corpus Christi et putrimentum animæ.

figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt,

Neque idololatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptum est : Sed it populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.

Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt una die vinti tria millia.

Neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentaverunt et a serpentibus perierunt;

Neque murmuraveritis sicut quidam eorum murmuraverunt et perierunt ab exterminatore.

in figura facta sunt (eorum quæ reservantur ut futura portio) nostri, (ita) ut, (si eorum punitionis participes esse nolumus), non simus concupiscentes malorum (et rerum prohibitarum), sicut et illi (vetita) concupierunt, (verbi gratia, cum a Moyse carnes petiverunt et Ægypti olera desideraverunt);

Neque (etiam) idololatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis, (qui idolatriæ se dederunt) quemadmodum (de eis) scriptum est : « Sedit populus (hebræus) manducare et bibere (de epulis quæ vitulo aureo consecrata erant), et postea surrexerunt ludere (saltando et choros ducendo et luxuriando in honorem vituli. Nos vero)

Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis (cum filiabus Moab in Priapi honorem) fornicati sunt, et (qui in hujus monstruosi cultus pœnam, sub manu vindictæ divinæ) ceciderunt (in) una die (numero) vinti tria millia.

Neque tentemus Christum, (ejus promissis diffidentes), sicut quidam eorum (Deum) tentaverunt, (de ejus providentia dubitantes et dicentes : « Cur eduxisti nos de terra Ægypti ut moreremur in solitudine »), et (propter hanc diffidentiam) a serpentibus perierunt;

Neque murmuraveritis (sive contra Deum sive contra eos qui saluti vestræ præsunt), sicut quidam eorum (contra Moysem et Aaron) murmuraverunt et (in murmuris pœnam) perierunt (et interfici

sunt) ab (Angelo) exterminatore. (Iterum dico quòd)

Hæc autem omnia in figura (eorum quæ nobis contingenda erant) contingebant illis, (et) scripta sunt autem ad (admonitionem et) correptionem nostram (et christianorum hujus sæculi), in quos (novissima hæc mundi ætas seu) fines sæculorum devenerunt, (ut iis auditis sapiamus et non similiter puniamur. Ne propter gratias a Deo nobis concessas præsumamus, neque propriis viribus fidamus; sed potius Hebræorum exemplo discamus non esse sine metu) :

Itaque qui se (arroganter) existimat (firmiter et infallibiliter) stare (in bono), videat (et caveat) ne (præ superbia in malum) cadat. (Ab occasione peccati humiliter abstинete, ita ut)

Tentatio (ulla) vos non apprehendat nisi (tentatio) humana (seu humanitati inculpabiliter inhærens, et quam omnino excludere non possitis. Si vero non ex negligencia vestra oritur tentatio, ad orationem recurrite et de cætero in Deum confidite; nam) fidelis autem (in promissis suis) Deus est, qui (promisit quòd) non patietur vos tentari supra id quod potestis; (imo has tentationes vobis nocere non modo non sinet), sed faciet etiam (vos) cum tentatione (et per tentationem) proventum (virtutis vestræ obtinere, ita) ut possitis (non solum has probationes) sustinere (sed etiam ex eis multum proficere. Periculum

Hæc autem omnia in figura contingebant illis : scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.

Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

Tentatio vos non apprehendat nisi humana : fidelis autem Deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere.

et occasionem peccati vos fugere admonui ; igitur seu)

Propter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura :

Ut prudentibus loquor ; vos ipsi judicate quod dico.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est ? et panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est ?

Quoniam unus panis, unus cor-

¹ Ergo hic non est tantummodo typus Christi, ut docet Calvinus : si te enim buero, nonne tibi ridiculus ero ; ergo a pari.

² Sicut, inquit Cyrus, cera miscetur cere, fermentum pani, sic et nos corpori Christi. In sacra Communione non sumus tantummodo Christiferi sed et per potentias realiter commiscemur.

Propter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura, (quae non tantummodo per se gravissimum est peccatum sed et ad multa alia peccata inducit. Non solum idolis, sed etiam escis quae illis consecrantur, abstinet, ne talibus sacrificiis assentiiri videamini. Vobis)

Ut prudentibus (et intelligendi capacibus) loquor ; vos (ergo, qui secundum spiritum prudentes estis), ipsi judicate quod (idolothytii abstinentia vobis) dico ;

Calix benedictionis¹ (seu vinum Eucharisticum), cui (nos sacerdotes) benedicimus, nonne communicatio (vera) sanguinis Christi est, (dispensata omnibus qui de illo bibunt) ? et panis (Eucharisticus), quem (pro vobis) frangimus, nonne participatio (vera) corporis Domini est (in eo sensu quod, per hoc vinum et per hanc panem in Christi corpus et sanguinem conversa, aliquid unum cum Christo efficimur) ? at qui nonne idem de illis, qui idolis participant, esse videtur ? Dico nos per Eucharistiam quid unum cum Christo fieri, et equidem certum est)

Quoniam (seu quod, sicut ex multis granis) unus panis² (efficitur, ita et nos

quamvis multi, ex multis fidelibus effici- pus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.

Videte Israel (qui, utpote circuncisionem corporalem circumferens et sacrificiis exter- nis addictus, vivit solummodo) secun- dum carnem : nonne (i) Israelitae carnales), qui edunt hostias Deo super altare sacrificatas, participes (censendi) sunt (hujus) altaris (et hujus sacrificii) ? Simili- ter igitur et vos, si de escis idolo con-secratis utimini, nonne sacrificii idolo oblati participes estis aut esse videmini ? Ad)

Quid ergo (illud, quod de idolothytis dico ? an) dico (seu dicere intendo) quod (illud epulum), idolis immolatum, sit (reve- ra) aliquid (sacri), aut quod idolum sit (ipsum) aliquid (numinis in se habens, a quo aliquid sperandum aut timendum vo- bis sit) ? Hoc esset contrarium meae præ- cedenti doctrinæ :

Sed (dico quod ea), quae immolant Gen- tes, dæmonis immolant et non Deo : (at- qui) nolo autem vos socios fieri dæmonio- rum, (nec minimum quidem cum eis ha- bere commercium : nam) non (decenter) potestis calicem (in honorem) Domini (ob- latum) bibere, et (similiter) calicem (qui

Videte Israel se- cundum carnem ; nonne qui edunt hostias participes sunt altaris.

Quid ergo ? dico quod idolis im- molatum sit ali- quid ? aut quod idolum sit ali-

(ipsum) aliquid (numinis in se habens, a

quo aliquid sperandum aut timendum vo-

bis sit) ? Hoc esset contrarium meae præ-

cedenti doctrinæ :

Sed quae immo- lant Gentes, dæ- monis immolant et non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmonio- rum : non potestis calicem Domini

bibere et calicem in honorem et super altare) dæmoniorum (oblatus est).

Non potestis mensæ Domini participes esse et mensæ dæmoniorum.

An æmulamur Dominum ? Nunquid fortiores illo sumus ? Omnia mihi licent, sed non omnia expedient.

Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.

¹ Unde colliges Eucharistiam esse sacrificium. Quid enim hæc mensa nisi altare ? atqui ubi est altare, ibi est sacerdos et sacrificium.

Non potestis (decenter) mensæ¹ Domini, (qui vobiscum convivatur), participes esse, et (simil discubere) mensæ dæmoniorum (quorum etiam sic convivæ fieretis).

An æmulamur (et ad iram) Dominum (provocare volumus, hujus inimicorum sacrificii participando) ? Nunquid fortiores illo sumus (et ei resistere valemus ? Forsan tuam, idolothyta, manducandi libertatem a culpa vacare putas eo prætextu quod idolum nihil est, et dicis : Nonne omnia (hæc, utpote indifferentia), mihi licent ? (Esto), sed non omnia expedient (nec tibi nec cæteris : esto, inquam, quod idolum ipsum pro nihilo sit reputandum : sed an pro nihilo etiam reputas indecentiam tuæ ad mensam dæmoniorum participationis et scandalum infirmorum inde provocatum ? Ego vero quod de eodem objecto alias dixi iterum dicam : etsi hæc)

Omnia (et talia, ex se indifferentia), mihi licent; sed tamen non (hæc) omnia ædificant (proximum ; proindeque caritas a nobis postulat ut proprio tam parvi momenti commodo salutem proximi anteponamus).

Nemo (igitur) quod suum (minus bonum) est (ita) querat, (ut illud habere velit cum scando et damno spiritali proximi) ; sed (potius querat bonum spiritale) quod alte-

rius (est. Huic vero regulæ adhærere potestis, scilicet) :

Omne quod in macello vœnit (emite et) manducate, nihil (venditorem) interrogantes propter (salvandam vestram) conscientiam¹, (quasi vobis metipsis scrupulo esse deberet querere utrum idolis sit sacrificatum necne) :

Domini (enim) est terra et plenitudo ejus, (proindeque carnes quæ venduntur et emuntur ; porro omne quod Deus fecit bonus est ; igitur eo, modò absque scandalo utamini, ut potestis. Unde et simili ratione)

Si quis vocat vos infidelium (ad prandium) et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil (de ciborum proventu) interrogantes propter (salvandam vestram) conscientiam, (quæ vos ad hanc interrogationem non obligat. Vobis non interrogantibus),

Si quis autem (palam) dixerit (de aliquo alimento) : « Hoc immolatum est idolis », nolite (ex eo) manducare propter illum qui (hoc) indicavit, (ne scandalizetur) et propter conscientiam ; (propter)

Conscientiam autem dico, non tuam, sed (conscientiam) alterius. (Sed, aliquis dicet) : Utquid enim mea libertas, (quæ super conscientia bene formata innititur), judicatur (et restringitur) ab aliena conscientia ? (Ad hoc respondeo) :

¹ Ex eo enim quod in macello exponebantur, illi cibi in usum communem redibant. Imo si Christiani ab illorum esu abstinere debuissent, omnino eis jejunandum fuisset, siquidem tunc omnes cibi ab idololatriis sic corrumpebantur.

Omne quod in macello vœnit (emite et) manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Domini est terra et plenitudo ejus ;

Si quis vocat vos infidelium et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Si quis autem dixerit : Hoc immolatum est idolis ; nolite manducare propter illum qui indicavit et propter conscientiam.

Conscientiam autem dico non tuam sed alterius. Utquid enim libertas mea judicatur ab aliena conscientia ?

Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?

Si ego cum gratia (Deo acta huic cibo) participo, (ut) quid (periculum incurram et occasionem dabo, qua) blasphemor pro eo (alimento), quod (manducans), gratias ago? (certe melius me non exponam ad provocandum maledicta aut scandalum; et potius infirmitati aliorum quam meæ propriæ libertati consulere debo).

Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei (promovendam) facite: (atqui gloria Dei bono proximi conjungitur; ergo)

Sine offensione (et sine scando) estote (omnibus), Judæis et Gentibus et (toti) Ecclesiæ Dei,

Sicut et ego per omnia omnibus placebo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

Sicut et ego, (ut antea dixi), per omnia, (quæ sunt ex se fidei indifferentia), omnibus (me omnia faciens) placebo, non querens quod mihi (minus bonum et minus utile est), sed quod multis (utilius et majus bonum est, ut (per hanc conformitatem et compassionem ad Deum adducantur et) salvi fiant.

CAPUT XI.

De questione idolothorum transit Apostolus ad questionem de velamine mulierum quod præcipit: 1º Quia hoc exigit verecundia muliebris; 2º Quia subditæ sunt viris; 3º Quia contrarium Angelos offendit; 4º Quia natura pro velamine comam eis dedit; 5º Quia haec est Ecclesiæ consuetudo.

Altera parte capit is, de Eucharistiæ coena agens, carpit divites

quod pauperes ex agape excluderent et seorsim quisque cum suis ebrietati indulgeret: unde, Eucharistiæ a Christo institutionem revocans, jubet ut quisque prius seipsum probet antequam ad eam accedat.

Imitatores mei estote (quoad hanc meam erga proximum charitatem), sicut et ego (in hoc imitator sum) Christi (qui non quæsivit semetipsum sed aliorum salutem. De cætero)

Laudo autem vos, fratres, quod, per (seu quoad) omnia (quæ vos docui), mei (et meæ doctrinæ) memores estis, et (quod), sicut (ea) tradidi vobis, præcepta mea tenetis. (Aliquid aliud nunc observandum habeo de quæstione a vobis mihi proposita quoad velamen mulierum. De hac quæstione igitur)

Volo autem vos scire quod, (sicut) omnis viri caput (et dominus) Christus est (ratione tum naturæ transcendentis tum excellentiæ super omnem creaturam et influentiæ suæ in Ecclesiam, sic) caput (et dominus) autem mulieris (est) vir (ratione tum sexus tum vigoris animi; quæ autem duplex Christi et hominis præcellentia ad Deum refertur, nam) caput vero Christi, (in quantum Christus est homo), Deus (est. Cum res ita sint),

Omnis vir orans aut prophetans (seu psalmos decantans) velato capite, detur pat caput suum (quod honestas, virilitas et libertas liberum et apertum esse volunt).

Omnis autem mulier, orans aut pro-

Imitatores mei estote sicut et ego Christi.

Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.

Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput vero Christi Deus.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, detur pat caput suum:

Omnis autem

mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum; unum enim est ac si decalvetur.

Nam, si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari, vellet caput suum.

Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam (vir) imago et gloria Dei est, (quatenus ejus majestatem et imperium repräsentat); mulier autem, (etsi imago Dei sit per similitudinem, eum non repräsentat quoad dominum sicut vir; sed tantummodo, in quantum ex viro facta), gloria viri est:

Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier (creata est) propter virum (qui est ejus finis et cuius esset socia).

¹ Hinc inferunt hæretici turpe esse religiosis feminis tonderi. Nego consequiam; Apostolus enim hic de mulieribus in publicum prudeuntibus loquitur, non autem de religiosis quæ recte comam deponunt ut ostendant ¹ se omnem sæculi ornatum spernere, ² se non esse sub potestate viri, et Christum habere sponsum.

² In illa estate, femina tonderi non solebant nisi cum turpes videri vellent ut in luctu, aut cum in penam adulterii tonderi juberentur.

phetans non velato capite, deturpat caput suum¹ (quod e contra muliebris honestas et pudor naturalis velandum esse sufficienter indicant; illi) unum est enim ac si decalvetur (contra propositum naturæ et Providentiae, quæ ei comam talem pro velamine largita est. Unde)

Nam, si non velatur mulier, (non obstat quin omnino) tondeatur: si vero turpe² est mulieri tonderi aut decalvari, (hæc ipsa naturalis tonsionis turpitudine eam admonet ut opertum habeat proindeque) vellet caput suum.

Vir quidem, (ut dixi), non debet velare caput suum, quoniam (vir) imago et gloria Dei est, (quatenus ejus majestatem et imperium repräsentat); mulier autem, (etsi imago Dei sit per similitudinem, eum non repräsentat quoad dominum sicut vir; sed tantummodo, in quantum ex viro facta), gloria viri est:

Non enim vir ex muliere (primario plasmatus) est, sed mulier ex viro (produeta est). Insuper

Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier (creata est) propter virum (qui est ejus finis et cuius esset socia).

Ideo debet mulier (velum, quod indicat viri super ipsam) potestatem, habere supra caput suum; (et ita esse decet) propter Angelos (circunstantes ac mulierum pudoris et obedientiae vel impudentiae et inobedientiae testes, proindeque et a fortiori propter Deum omnia in ordine includi volentem. Ex illa autem creationis anterioritate ne superbiant homines; non enim, sicut olim in die creationis, ita nunc est):

Veruntamen (hodie) neque vir (nascitur sine muliere, neque mulier sine viro, (juxta quod ordinatum est) in Domino (sic volente):

Nam sicut mulier (Eva nata est) de viro, ita (nunc) et vir per mulierem (nascitur: hæc) omnia autem (sic) ex Deo (ordinata sunt ut inter eos pax et charitas hac mutua dependentia stabilirentur. Nunc cum vos de mulieris conditione edociti estis),

Vos ipsi judicate (an) decet mulierem, non velatam, (in Ecclesia) orare Deum? (Sed si ea quæ de velatione dixi non sufficiunt, alia, ex natura desumpta, velationis ratio in promptu est: nam an)

Nec ipsa natura docet vos quòd vir quidem, si comam nutriat, (hæc comæ nutritio) ignominia est illi (ex eo quòd animi effeminati sit argumentum: ex parte autem mulieris contrarium laudandum est; nam)

Mulier vero, si comam nutriat, (hæc

Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.

Nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem; omnia autem ex Deo.

Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum.

Nec ipsa natura docet vos quòd vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi?

Mulier vero, si

comam nutrit, comæ nutritio) gloria est illi, quoniam capilli pro velamine (pudoris, qui ejus præcipuum est ornamentum), ei dati sunt. (Denique et non obstantibus his argumentis),

Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei.

Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius sed in deterius convenit.

Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo,

Nam oportet et haereses esse ut et qui probatisunt manifesti fiant in vobis.

comam nutrit, comæ nutritio) gloria est illi, quoniam capilli pro velamine (pudoris, qui ejus præcipuum est ornamentum), ei dati sunt. (Denique et non obstantibus his argumentis),

Si quis autem videtur (seu vult) contentiosus esse (circa hoc vel aliud nostræ disciplinæ punctum, cum eo disputare non libet; et hoc solum ei responsum concedam, scilicet quod) nos (neque vere christianæ mulieres) tales (in Ecclesia libertatem) non (toleramus nec) consuetudinem habemus, neque (ulla alia) Ecclesia Dei. (De hoc jam satis est) :

Hoc autem (nunc vobis) præcipio (quoad gravem aliam inordinationem, de qua audivi, et de qua vos) non laudans (dico) quod, non in melius (animæ vestræ bonum) sed in deterius (seu in ejus detrimentum, in Ecclesiam ad cœnandum) convenit. (Nam)

Primum quidem, (de) convenientibus vobis in Ecclesiam (vestram, cœnandi causa), audio scissuras (et dissidia orta) esse inter vos; et (illud) ex parte, (si non omnino, verum esse) credo (nec maxime miror);

Nam (ex Christi ipsius verbis scio quod, spectata humana superbia et inconstitam et ad novitatem proclivitatem), oportet (schismata) et haereses esse, (ita) ut (illi), qui (in fide solidi et) probati sunt, manifesti (inter vos) fiant (et a cæteris distincti). Quod autem audivi, hoc est, scilicet, quod

Convenientibus ergo vobis in unum (cœtum, ita inconvenienter ibi cœnatis ut dici possit quod taliter cœnare) jam non est (vere) dominicam, (sed potius bacchicam), cœnam manducare.

Unusquisque enim suam (propriam) cœnam (ante synaxim et sine pauperum expectatione) præsumit, ad manducandum (eam sive privatim sive inter divites); et (inde sequitur quod) alias quidem, (nempe pauper), esurit (quia nihil quod manducet afferre potuit, dum) alias autem, (nempe dives, se cibo et potu replete usquedum) ebrius est. (Proh pudor! Si cœnam privatam, non communem, habere vultis),

Nunquid domos (vestras) non habetis ad (sic) manducandum et bibendum, aut (an) Ecclesiam Dei (ita) contemnitis (ut eam spontanee ad tale scandalum adhibeatis?) et (insuper nonne charitatem graviter violatis, vos qui sic) confunditis (et rubore afficitis) eos qui non habent (unde cœnent?) Quid (de tali abusu) dicam vobis? (an dicere audeam quod) laudo vos? (Certe minime; et non solum) in hoc non laudo, (sed vehementer vos vitupero quod sic per ebrietatem et charitatis violationem vos præparetis ad cœnam Eucharisticam, quæ propter charitatem et mortificationem a Christo instituta est. An obliiti estis illud quod)

Ego enim accepi a Domino (ipso Jesu Christo et) quod et tradidi vobis, (scilicet) cepi a Domino

Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicam cœnam manducare.

Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum : et alias quidem esurit, alias autem ebrius est.

Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis et confunditis eos qui non habent? quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

quod et tradidi quoniam (seu quòd) Dominus Jesus, in qua vobis quoniam Dominus Jesus in qua nocte (ad crucem et mortem) tradebatur, (post cœnam non privatam sed cum discipulis pauperibus actam) accepit panem (inter manus suas),

Et gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate: Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem; (an obliti etiam estis id quod pariter tradidi vobis? nempe quòd)

Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens: « Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

Quotiescumque enim manducabis panem hunc, (in meum cor-

¹ Hic referendum est Lutheri de transubstantiationis veritate testimonium quod ad Argentinenses scripsit: « Si Carolstadins mihi persuadere potuisset in Sacramento nihil esse prater panem et vinum, magno beneficio me sibi devinxisset; bac enim re valde papatui incommodassem: verum ego me undique eam video; nulla elabendi via relata; textus enim Evangelii nimis apertus est, qui facile convelli non potest et multo minus verbis aut glossis a capite vertiginoso subverti. » Idem audire est Melanchton dicentem: « Si pro corpore, inquit, figuram corporis accipias, quid non poterit eludi hac arte? Sic licebit totam religionis formam transformare. »

² Tradetur, inquit: atqui non figura corporis tradita est, sed verum corpus: ergo et verum corpus Apostolis traditum est.

pus transmutatum) et (hunc) calicem (in tis panem hunc meum sanguinem conversum) bibetis, et calicem bibetis, mortem Domini (vestri Jesu Christi in vestram memoriam revocabitis, et cæteris) annuntiabitis donec veniat. annuntiabitis¹ (passionem et) mortem Domini, donec veniat (gloriosus in finem mundi; usque ad mundi finem enim sacrificandus est).

Itaque quicunque manducaverit panem hunc (in Christi corpus conversum), vel (quicumque) biberit (hunc) calicem (sanguinis) Domini (Jesu) indigne, reus erit (profanati) corporis et sanguinis (hujus) Domini (Jesu), perinde ac si Christum occidisset et sanguinem ejus conculcassem. Igitur

Probet autem seipsum homo (antequam hoc corpus et hunc sanguinem accipiat; examinet an sit sufficienter præparatus ad tantum Sacramentum; si in peccatis sit, ea purget), et sic (dispositus accedat et) de pane illo edat et de (illo) calice bibat. (Procul autem ab illo recedat ille qui se in peccatis esse deprehendit; ille)

Qui enim (hunc panem) manducat² et (hunc calicem) bibit indigne, judicium (et

Itaque quicunque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.

Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat;

Qui enim manducat et bibit in-

¹ Dices: Christus ipse dixit: Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam: ergo caro Christi non est præsens in Eucharistia. Respondeo: Si hujus argumenti consequentiam premas, inde sequitur quod neque caro Christi pro nobis crucifixa quidquam prodest: quod est impium: sensus igitur iste est: virtutem vivificandi, quam habet caro Christi, non a se habet utpote cruenta et masticata, sed a spiritu seu a divinitate cui hypostaticè conjungitur.

² Unde contra Calvinum et Iconoclastas concludendum quod etiamsi Eucharistia esset tantummodo imago Christi, ei deberetur adhuc reverentia; idem de imaginibus dicendum.

digne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini.

Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi.

Quòd si nos metipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur.

Dum judicamur autem, a Domino corripimur ut non cum hoc mundo damnemur.

Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum (coenam synaxi præviam), invicem (vos) expectate.

Sí quis esurit, domi manducet, ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cum

suam damnationis sententiam, ut olim rei capitum ante mortem deglutiire cogebantur, sibi (incorporans) manducat et bibit, non dijudicans (nec distinguens) corpus Domini (a communi et indifferenti cibo. Cum autem multi inter vos se ad hanc coenam per aliam indecentiam vos præparatis),

Ideo inter vos multi (variis morbis fiunt) infirmi et imbecilles (seu languentes in fide et opere), et (quidem mortis spiritualis et etiam naturalis dormitione) dormiunt multi. (Igitur vos metipsos judicate et confessione contritioneque aptos facite ante illam Eucharistiae comedionem, ut a Domino non judicemini; nam certum est),

Quòd si nos metipsos (ita) dijudicaremus (et aptos faceremus), non utique dijudicaremur (nec puniremur a Domino, qui adeo sincere nostram exoptat salutem ut non nisi ad bonum nostrum nos puniat; nam)

Dum (sic) judicamur autem (et morbis corripimur), a Domino (non) corripimur (misi) ut (per hanc correptionem resipiscamus et) non cum hoc (infidelium) mundo damnemur.

Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum (coenam synaxi præviam), invicem (vos) expectate.

Si quis (jejunus manere non potest donec convenerit Ecclesia et) esurit, domi manducet, ut non, (defectu charitatis aut temperantiae) in judicium (et condemnatio-

nem vestram) conveniatis. Cætera autem, venero, disponam (quæ ad dignam Eucharistiae sumptionem decent), cum (apud vos) venero, disponam (et sigillatim præscribam. Nunc vero de donis spiritualibus acturus sum).

CAPUT XII.

Disputat Apostolus de gratiis. Ex exemplo corporis humani quod, etsi multa habeat membra, unum est, concludit quemlibet in Ecclesia suo munere fungi debere ad bonum commune, sicut corporis membra sibi invicem compatiuntur et auxiliantur. De variis hominum statibus, quibus Christus Ecclesia sue providet, disserit.

De (donis) spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres, (quod vos scire decet. Porro recordemini illud quod vos jam)

Despiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres.

Scitis, (scilicet) quoniam (seu quòd), cum gentes essetis, ad simulacula muta (adoranda quæ nihil habent spiritus et loquelæ), prout ducebamini (a dæmons), euntes (eratis). Nunc autem cum dona Spiritus sancti accepistis, vos docere libet quomodo discernenda et tractanda sint ea dona).

Scitis quoniam, cum gentes essetis, ad simulacula muta prout ducebamini euntes:

Ideo notum vobis facio quòd nemo, in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu, (ut dicunt sacerdotes vates Gentilium et illi qui coram judice pagano fidem abjurant; sed potius eum quisque agnoscit

Ideo notum vobis facio quòd nemo, in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo po-

digne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini.

Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi.

Quòd si nos metipsos dijudicaremus, non utique dijudicaremur.

Dum judicamur autem, a Domino corripimur ut non cum hoc mundo damnemur.

Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum (cœnam synaxi præviam), invicem (vos) expectate.

Sí quis esurit, domi manducet, ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cum

suam damnationis sententiam, ut olim rei capitum ante mortem deglutiire cogebantur, sibi (incorporans) manducat et bibit, non dijudicans (nec distinguens) corpus Domini (a communi et indifferenti cibo. Cum autem multi inter vos se ad hanc cœnam per aliam indecentiam vos præparatis),

Ideo inter vos multi (variis morbis fiunt) infirmi et imbecilles (seu languentes in fide et opere), et (quidem mortis spiritualis et etiam naturalis dormitione) dormiunt multi. (Igitur vos metipsos judicate et confessione contritioneque aptos facite ante illam Eucharistiae comedionem, ut a Domino non judicemini; nam certum est),

Quòd si nos metipsos (ita) dijudicaremus (et aptos faceremus), non utique dijudicaremur (nec puniremur a Domino, qui adeo sincere nostram exoptat salutem ut non nisi ad bonum nostrum nos puniat; nam)

Dum (sic) judicamur autem (et morbis corripimur), a Domino (non) corripimur (misi) ut (per hanc correptionem resipiscamus et) non cum hoc (infidelium) mundo damnemur.

Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum (cœnam synaxi præviam), invicem (vos) expectate.

Si quis (jejunus manere non potest donec convenerit Ecclesia et) esurit, domi manducet, ut non, (defectu charitatis aut temperantiae) in judicium (et condemnatio-

nem vestram) conveniatis. Cætera autem, venero, disponam (quæ ad dignam Eucharistiae sumptionem decent), cum (apud vos) venero, disponam (et sigillatim præscribam. Nunc vero de donis spiritualibus acturus sum).

CAPUT XII.

Disputat Apostolus de gratiis. Ex exemplo corporis humani quod, etsi multa habeat membra, unum est, concludit quemlibet in Ecclesia suo munere fungi debere ad bonum commune, sicut corporis membra sibi invicem compatiuntur et auxiliantur. De variis hominum statibus, quibus Christus Ecclesia sue providet, disserit.

De (donis) spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres, (quod vos scire decet. Porro recordemini illud quod vos jam)

Despiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres.

Scitis, (scilicet) quoniam (seu quòd), cum gentes essetis, ad simulacula muta (adoranda quæ nihil habent spiritus et loquelæ), prout ducebamini (a dæmons), euntes (eratis). Nunc autem cum dona Spiritus sancti accepistis, vos docere libet quomodo discernenda et tractanda sint ea dona).

Scitis quoniam, cum gentes essetis, ad simulacula muta prout ducebamini euntes :

Ideo notum vobis facio quòd nemo, in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu, (ut dicunt sacerdotes vates Gentilium et illi qui coram judice pagano fidem abjurant; sed potius eum quisque agnoscit

Ideo notum vobis facio quòd nemo, in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo po-

test dicere : « Dominus Jesus », nisi in spiritu Sancto.

quasi auctorem gratiae et omnium donorum. Insuper, quoad dona quae accepistis, haec dona adeo non vestra sunt, ut sine Spiritu sancto eis meritorie uti possitis ; et nemo potest dicere (modo ad salutem proficuo) : « Dominus Jesus », nisi (illud dicat) in Spiritu sancto (illum inspirante et adjuvante). Hæc dona a Spiritu sancto proveniunt, inquam ; nam etsi

Divisiones vero gratiarum (multiplices et diversæ) sunt, idem (est) autem Spiritus (qui eas distribuit. Similiter, etsi)

Et divisiones ministracionum (seu operationum, quæ in Ecclesia distributæ) sunt, (multiplices et diversæ sint), idem autem (est) Dominus (a quo utpote Deo conferuntur. Item etsi)

Et divisiones operationum, (quæ ad Ecclesiæ aedificationem spectant, multiplices et diversæ) sunt, idem vero (est) Deus qui (haec) omnia (per gratiam prævenientem et concomitantem) operatur in omnibus¹ : (atqui)

Unicuique autem datur (hæc multiplex) manifestatio Spiritus, (non) ad (privatum sui) utilitatem, (sed ad commune totius Ecclesiæ commodum. Et propter hoc bonum commune varia sunt dona, ut videre est) ;

Alii quidem per Spiritum datur

¹ Non in sensu quod concursus Dei prædeterminet concursum liberi arbitrii; sed Deus operatur per gratiam prævenientem qua voluntatem excitat, et per gratiam cooperantem qua simul cum libero hominis arbitrio bonum opus operatur.

di mysteria divinæ) sapientiae ; alii autem (datur) sermo scientiæ, (ut, per exempla aut ratiocinia, res quæ ad mores pertinent explicet) secundum eundem Spiritum :

Alteri (datur ea excellens) fides, (quæ mysteria contemplatur et explicat) : alii (autem datur) gratia sanitatum, (quæ languores et ægritudines corporales sanat) in (eodem) uno Spiritu :

Alii (datur) operatio virtutum (seu prodigiorum); alii prophetia (qua futura prædictio) ; alii discretio spirituum (seu cogitationum cordis, qua scit et explicat utrum a natura vel ab Angelo vel etiam a Dæmonie proveniant) ; alii (dantur) genera linguarum (diversarum) ; alii datur interpretatio sermonum (obscurorum et maxime sermonum sacræ Scripturæ).

Hæc autem omnia (dona concedit et) operatur unus atque idem Spiritus (sanctus, ea) dividens singulis prout vult (pro utilitate corporis, cuius caput est Christus et vos estis membra. Ea autem dona ne vobis metipsis exclusive reservetis ; sed aliis ea communicate, ut fit communicatio inter diversa corporis membra ad totius corporis salutem) :

Sicut enim corpus (nostrum animale) unum est et membra habet multa, (sic et Ecclesiæ corporis nos multi membra sumus ; et sicut) omnia autem membra corporis, cum (seu quamvis) sint multa, unum tamen corpus sunt ; ita et Christus

sermo sapientiæ ; alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum.

Alteri fides in eodem Spiritu ; alii gratia sanitatum in uno Spiritu,

Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum ta-

men corpus sunt; (cum christianis, qui sunt ejus membra, ita et Christus : unum corpus efficit) :

Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi, et omnes in uno Spiritu potati sumus.

(Igitur non de seipso tantum curet unumquodque membrum Ecclesiæ, quasi ipsum solum esset totum Ecclesiæ corpus) :

Nam et corpus (solum) non est unum membrum, sed multa (membra totum faciunt corpus; et differentia, quæ inter ea existit, non impedit quin singula sint ejusdem corporis. Sint in exemplum pes, oculus, auris) :

Si dixerit pes : quoniam non sum manus, non sum de corpore : num ideo non est de corpore ?

Et si dixerit auris : Quoniam non sum oculus, non sum de corpore : num ideo non est de corpore ?

Si totum corpus oculus, ubi auditus ? Si totum auditus, ubi odoratus ?

Si dixerit pes, (ut se a corporis servitio eximat) : « quoniam non sum manus, (ideo) non sum de corpore, (proindeque ei servire non debeo) »; num, ideo (quod non sit manus), non est de corpore (et a servitio immunis esse debet ? Item)

Et si dixerit auris : « Quoniam non sum oculus, (ideo) non sum de corpore »; num ideo non est de corpore (et ab ejus servitio eximenda ? Minime ; et hoc multum ad corporis perfectionem interest ; nam)

Si totum corpus oculus (solus) esset, ubi (esset) auditus ? (et similiter) si totum (corpus) auditus (solus esset), ubi (erit) odoratus : (atqui neque auditum neque

odoratum habens, corpus multo minus perfectum foret).

Nunc autem (ad tollendam hanc vel quamvis aliam imperfectionem) posuit Deus (plura et tot) membra (quot sunt corporis perfectioni congruentia; et) unumquodque eorum (disposuit) in corpore, sicut voluit, (unicuique diversam functionem imponens. Et hoc recte in corporis favorem ordinavit ; nam supposito)

Quod si essent omnia (membra) unum membrum, ubi (et quomodo organizatum foret) corpus (quod tam mirabiliter ex membrorum diversitate conflatur ? Nullum aut valde mancum esset) :

Nunc autem (cum) multa (et varia ex Dei ordinatione) quidem (sunt) membra, unum (ex his) autem (conficitur) corpus (perfecte ordinatum. Insuper vide in quo mirabili ordine hæc membra statuit, ut unumquodque ab aliis non sit independens : nam)

Non potest autem oculus dicere manui : Opera tua non indigo, aut iterum (seu vice sua non potest) caput (dicere) pedibus : Non estis mihi necessarii, (sub eo prætextu quod minus nobilem partem corporis quam oculus et caput occupant).

Sed (e contra) multo magis (constat quod ea ipsa membra), quæ videntur membra corporis infirmiora, (qualis est venter, qui nutrix est totius corporis, ejus vitæ) necessaria sunt. (Insuper nonne membra quæ minus nobilia æstimamus)

Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.

Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus ?

Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.

Non potest autem oculus dicere manui : Opera tua non indigo, aut iterum caput pedibus : non estis mihi necessarii :

Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt;

Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantio-rem circumda-mus, et quæ in-honestata sunt no-stra, abundantio-rem honestatem habent?

Honesta autem nostra nullius e- gent; sed Deus temperavit cor-pus, ei cui deerat abundantio-rem tribuendo ho-norem,

Ut non sit schi-sma in corpore sed idipsum pro invi-cem sollicita sint membra;

Et si quid pati-tur unum mem-brum, compatiuntur omnia membra; sive glo-riatur unum mem-brum, congaudent omnia membra.

Vos autem estis corpus Christi et membra de mem-bro.

Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, (quales sunt pedes, majori studio tegimus, et nonne) his honorem abundantio-rem circumda-mus, et quæ in-honestata sunt no-stra, abundantio-rem honestatem (a nobis recipiunt et) habent, (dum)

Honesta autem nostra (membra, nempe oculus, facies, manus), nullius (honestatis decore circumdantur, quia non) egent. (Non autem sine causa sic corporis membra disponuntur); sed Deus (sic) temperavit (seu ordinavit) corpus (ut) ei (vel tali) membro, cui deerat (naturalis honestas, provideremus), abundantio-rem (ei) tri-buendo honorem (per ornatum et curam quibus ei favemus, ita)

Ut non sit schisma (inter membra que sunt) in corpore, sed (potius singula) in idipsum (opus concurrant et) pro invicem sollicita sint membra. (Unde videre est quod)

Et si quid patitur unum membrum, (illius dolori) compatiuntur omnia (alia) membra; (et vice versa) sive gloriatur (seu gloria aut lætitia afficitur) unum membrum, congaudent (cum illo) omnia (alia) membra (et ejus valetudine melius valent. Simili modo)

Vos autem estis (componentes simul unum et idem) corpus Christi, et estis membra de (singulo) membro (participan-

tia. Igitur non jam sint inter vos schis-mata; unus alium non spernat sed juvet; alius alii non invideat sed de illius bono lætetur: quisque suo dono et numere sit contentus, et sic non de suo tantum, sed etiam de aliorum bono suum assequetur profectum. Ad hanc concordiam et mu-tuam sublevationem, sicut corporis mem-bra, vocati estis; nam)

Et quosdam quidem (ministros) posuit Deus in Ecclesia, (variis functionibus in totius Ecclesiæ bonum addictos), primum Apostolos (qui sunt quasi hujus corporis caput); secundo Prophetas (qui sunt quasi ejus oculi futura prævidentes); tertio Doc-tores (qui ejus linguae instar sunt); deinde (eos qui) virtutes (seu prodigia operantur et sunt quasi manus ejus); exinde (seu deinde eos qui receperunt) gratias (et do-num) curationum; (deinde eos qui pau-peribus et ægris peregrinis) opitulationes (afferunt; deinde eos qui gerunt) guber-nationes (seu administrationem rerum temporalium quea Ecclesiæ a fidelibus of-feruntur; deinde eos qui pollent dono lo-quendi diversa) genera linguarum; (dein-de tandem eos qui donum habent facien-di) interpretationes sermonum (obscuro-rum sacræ Scripturæ. Atqui nonne ex hac donorum diversitate patet quod omnes aliorum ope indigent proindeque aliis suam propriam opem denegare non de-beant? Sic voluit Deus; et hæc est ratio

Et quosdam qui-dem posuit Deus in Ecclesia, pri-mum Apostolos, secundo Proph-e-tas, tertio Doc-tores, deinde virtu-tes, exinde gratias curationum, opiti-lationes, guber-nationes, genera linguarum, inter-pretationes ser-monum,

differentiæ quam inter sua dona constituit.
Enimvero)

Nunquid omnes
Apostoli ? nun-
quid omnes pro-
phetæ ? nunquid
omnes doctores ?

Nunquid omnes
virtutes ? nunquid
omnes gratiam
habent curatio-
num ? nunquid
omnes linguis lo-
quuntur ? nunquid
omnes interpre-
tantur ?

Æmulamini au-
tem charismata
meliora. Et ad-
huc excellentio-
rem viam vobis
demonstro.

Nunquid (seu an voluit quòd) omnes
(forent) Apostoli ? nunquid (voluit quòd)
omnes (essent) prophetæ ? nunquid (vo-
luit quòd) omnes (forent) doctores ?

Nunquid (voluit quòd omnes haberent
donum operandi) virtutes (seu prodigia) ?
nunquid omnes (ab eo datam) gratiam
habent curationum ? nunquid omnes (di-
versis) linguis loquuntur ? nunquid omnes
(Scripturas et obscuros sermones) inter-
pretantur ? (Minime; sed diversa singulis
partitus est, ut singuli in societatem et in
auxilium singulorum venirent. Vos igitur
ex proprio dono aliis date, non de alieno
invidentes. Propter melius animæ vestræ
vel proximi bonum æmulari quidem po-
testis; sed si)

Æmulamini autem charismata (seu dona
alia ac ea quæ accepistis, æmulamini ea
quæ sunt) meliora (et vestræ et aliorum
saluti utiliora. Sed) et adhuc excellentio-
rem viam, (qua citius et securius ad Deum
et ad perfectionem vestram et ad gloriam
æternam ducemini, mox) vobis demonstro,
(nempe viam charitatis quam vobis expo-
situs sum).

CAPUT XIII.

Docet Apostolus inter omnia dona charitatem præcellere, imo et
sine charitate nullum aliud donum prodesse. Charitatis condi-
tiones enarrat. Charitatis præcellentiam concludit ex eo quòd et
iam in cœlo permaneat, dum fides in cœlo mutanda sit in visio-
nem, spes vero in fruitionem.

Si linguis hominum (omnium) loquar et
(ipsorum) Angelorum, charitatem autem
(Dei et proximi in corde) non habeam,
factus sum (coram Deo) velut æs sonans
(et perstrepens) aut (velut) cymbalum tinni-
iens (seu vanum sonum reddens. Insuper)

Et si habuero prophetiam (seu proph-
etiæ donum quo futura prædicere valeam),
et noverim mysteria omnia, et (si habuero)
omnem (de omni re scibili) scientiam,
(imo) et si habuero, (quod impossibile est
absque charitate, nempe) omnem fidem
(ita vivacem) ut montes transferam,
charitatem autem non habuero, nihil sum
(in Dei aestimatione. Imo etiam)

Et si distribuero in cibos (et in suble-
vationem) pauperum omnes facultates
meas, et si tradidero corpus meum (torto-
ribus) ita ut (igne supposito) ardeam (et
propter fidem consumar), charitatem au-
tem non habuero (propter adherentem
alicui peccato mortali affectionem), nihil
mihi prodest (neque eleemosyna neque
martyrium. Quam adeo necessariam et
excellentem charitatem ut apprime intel-

Si linguis ho-
minum loquar et
Angelorum, cha-
ritatem autem non
habeam, factus
sum velut æs so-
nans aut cym-
balum tinniens :

Et si habuero
prophetiam et no-
verim mysteria
omnia et omnem
scientiam, et si
habuero omnem
fidem ita ut mon-
tes transferam,
charitatem autem
non habuero, ni-
hil sum.

Et si distribuero
in cibos paupe-
rum omnes facul-
tates meas, et si
tradidero corpus
meum ita ut ar-
deam, charitatem
autem non ha-
buero, nihil mihi
prodest.

ligatis, ejus characteres vobis exponam : nempe),

Charitas patiens est, benigna est ; charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur :

Charitas (causaliter) patiens est, (utpote pariens patientiam) ; benigna est (in eo sensu quod comitatem confert) : charitas (zelo invidiae) non æmulatur ; non agit perperam (seu proterve) ; non inflatur (seu se non superbe extollit alios despiciens) :

Non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt ; non irritatur, non cogitat malum.

Non est ambitiosa, (id est, nullum de-
cūs ambit, sed modesta est et verecun-
da) ; non (exclusive) querit quæ sua sunt
(sive temporalia sive spiritualia, sed et
aliorum commodis inservit) ; non irritatur
(adversus provocantes, sed injuriarum
patiens est) ; non cogitat (inferre) malum
(alicui propter vindictam, sed ignoscit,
nec malum aliis imputat, sed excusat aut
dissimulat) :

Non gaudet super iniquitate ; congaudet autem veritati :

Non gaudet super iniquitate (ab alio
comissa) ; congaudet autem (omni) veri-
tati, (seu rectæ aliorum vitæ sine invidia
plaudit) :

Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Omnia (incommoda ab aliis sibi prove-
nientia) suffert ; omnia, (quæ prudenter
et sine erroris periculo credere potest, et
omnia meliora de proximo) credit ; omnia
(bona et recta de aliis) sperat, (et) omnia
(mala verba et opera ab eo) sustinet. (In-
super, et hæc est ratio propter quam alias
virtutes theologicas antecellit, scilicet) :

Charitas nunquam excidit ; sive prophetæ eva-
cuabuntur, sive

Charitas nunquam excidit (seu neque
in præsenti neque in futura vita cessabit ;
cætera omnia), sive prophetæ evacuabun-

Vivo autem (nunc vita nova quam per baptismum consecutus sum ; imo et melius dicere possum quod) jam non ego (vita mea pristina et propria vivo), vivit vero in me Christus (motibus gratiarum suarum me ad bonum impellentis) : quod (si) autem nunc (juste) vivo in (hac mea) carne (tentationibus et peccato obnoxia, hanc vitam revertitudinem legis operibus non deboe ; sed ita vivo, quia) in fide vivo Filius Dei qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me, (mihi sic vivendi gratiam obtinens) :

Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Non (autem) abjicio (nec irritam facio tantam) gratiam Dei ; (atqui illam facerem irritam, si justificationem meam in lege mosaicæ quererem) : si enim per (hanc) legem (acquiri posset) justitia, ergo (dici posset quod) gratis (et inaniter) Christus (pro nobis) mortuus est, (siquidem ad justificationem nobis merendam et conferendam mortuus est ; atqui repugnat illud consequens : ergo et antecedens ; ergo legis mosaicæ observantia nullo modo est necessaria).

CAPUT III.

Pergit Apostolus probare nos non per legem et opera legis sed per fidem Christi justificari : 1º Quia sciebant Galatae se non in circuncisione sed in baptismo Spiritum sanctum ejusque dona accepisse : 2º Ab exemplo Abrahæ qui propter fidem suam justificatus est : 3º Quia qui sub lege sunt sub maledicto sunt, a quo Christus solus, factus pro nobis maledictum, nos liberavit : 4º Ex propheta Habacuc dicente : Justus ex fide vivit : 5º Denique quia fidei Abrahæ et posterorum ejus promissa est benedictio, id est, justitia et salus : unde concludit nos ex promissione non autem ex lege justificari : addit legem datam esse ut paedagogum, qui ad Christum duceret, ut ex fide Christi omnes justificantur et Christum induerent.

O insensati Galatae ! quis vos (ita) fascinavit (ut vobis suadere posset) non obediere veritati, (vos), ante quorum oculos Jesus Christus (per prædicationem nostram tam fideliter) præscriptus (seu depictus) est imo et in vobis (seu in vicinia vestra et vestra ætate) crucifixus (est). Quis vos inducere potuit ut a Christo Redemptore et justificante ad siccas mosaicæ legis cisternas revertamini ? Ut autem agnoscatis quantum in hoc insensati sitis),

Hoc solum a vobis (quero et) volo discere, scilicet, utrum ex operibus legis (mosaicæ) Spiritum (et ejus dona sive visibilia sive invisibilia) accepistis, an ex auditu fidei (quaerat vobis prædicata est et cui obedistis ? Certe non ex operibus legis, si quidem vobis utpote paganis nulla jam mentio legis facta fuerat ; ergo non ex lege mosaicæ, sed ex fide. An igitur)

O insensati Galatae ! Quis vos fascinavit non obediere veritati, ante quorum oculos Jesus Christus prescriptus est in vobis crucifixus ?

Hoc solum a vobis volo discere : ex operibus legis Spiritum accepistis an ex auditu fidei ?

Sic stulti estis
ut cum spiritu
cœperitis, nunc
carne consum-
memini ?

Tanta passi es-
tis sine causa ?
si tamen sine cau-
sa.

Qui ergo tribuit
vobis Spiritum et
operator virtutes
in vobis, ex ope-
ribus legis an ex
auditu fidei ?

Sicut scriptum
est : Abraham
credidit Deo, et
reputatum est illi
ad justitiam.

Cognoscite ergo
quia qui ex fide
sunt, ii sunt filii
Abrahæ.

Providens autem
Scriptura quia ex
fide justificat gen-

Sic stulti estis ut, cum spiritu (et spiri-
tuali vita vivere) cœperitis, nunc (in) carne
(et carnalibus legis cæremoniis) consum-
memini (seu desinatis ? hoc certe repu-
gnat. Quid ergo ? an)

Tanta (propter fidem Christi a Judæis
et ab Infidelibus) passi estis sine causa
(seu frustra) ? si tamen (verum est vos ita
passos esse) sine causa : (quod avertat
Deus. Ex modo dictis igitur concludite
hominem justificari per fidem, non autem
ex operibus legis ; nam, ut dixi, ille Deus)

Qui ergo tribuit vobis Spiritum (suum)
et (per energiam suam) operator virtutes
(seu miracula) in vobis, (an ista miracula
fecit et hunc Spiritum suum vobis largitus
est) ex operibus legis (mosaicæ), an ex au-
ditu fidei ? Certe, ut experientia constat,
non ex operibus legis sed ex Christi fide
illa omnia vobis processerunt. Quod alio,
scilicet Abrahæ, exemplo adhuc patet),

Sicut scriptum est : Abraham credidit
Deo et (hoc ipsum et solum, nempe quòd
credidit), reputatum est illi ad justitiam :
(ergo propter fidem suam, non vero pro-
pter legem, quæ tunc non existebat, justi-
ficatus est. Ex illo textu Scripturæ)

Cognoscite ergo (et nobiscum concludite)
quia (seu quòd ii) qui ex fide (nati sunt), ii
(soli) sunt (vere) filii Abrahæ. (Itaque Spi-
ritus sanctus)

Providens autem (et prævidens, ut ait)
Scriptura, quia (seu quòd) ex fide justificat
(seu justificaturus erat) gentes Deus, præ-

nuntiavit Abrahæ (hunc bonum nuntium :
Scito) quia (seu quòd) benedicentur (et
justificabuntur) in te, (qui firmiter credi-
disti), omnes gentes. (Illi)

Igitur, qui ex fide (nati) sunt, benedi-
centur cum fidei Abraham (sicut ejus fidem
imitati sunt. Illi igitur, qui ambulant per
fidem, benedictionem seu justificationem
accipiunt. Alias ex lege ipsa idem pro-
batur) :

Quicunque enim ex operibus legis justi-
ficationem suam expectantes sunt, (seclusi
a fide et gratia Christi, legem ipsam trans-
grediuntur proindeque) sub maledicto
(illius legis) sunt; scriptum est enim (in
illa lege, apud Deuteronomium) : Male-
dictus omnis qui non permanserit (fidelis)
in omnibus (præceptis) quæ scripta sunt
in libro legis (ei præcipientis) ut faciat ea:
(atqui aliunde certam est legem divinam,
seclusa fide et gratia Christi, non posse
observari; ergo lex ipsa eos sub maledic-
tio tenet, nedum eis justificationem affe-
rat. Alio adhuc modo probatur justificationem
per fidem, non vero per legem,
nobis devenire ; certum est enim)

Quoniam autem (seu quòd) in lege (aut
per legem) nemo justificatur, (et illud)
manifestum est (ex testimonio Habacuc
dicentis) : quia (seu quòd) justus ex fide
vivit : (atqui)

Lex autem non est ex fide (procedens
neque conferens fidem qua justificemur) ;
non enim lex dicit « qui hoc crederit,

tes Deus, prænun-
tiavit Abrahæ :
quia benedicen-
tur in te omnes
gentes.

Igitur qui ex fi-
de sunt benedi-
centur cum fidei
Abraham.

Quicunque enim
ex operibus legis
sunt, sub male-
dicto sunt ; scri-
ptum est enim :
Maledictus omnis
qui non perman-
serit in omnibus
quæ scripta sunt
in libro legis ut
faciat ea.

Quoniam autem
in lege nemo ju-
stificatur, apud
Deum manife-
stum est quia ju-
stus ex fide vivit.

Lex autem non
est ex fide, sed :
« Qui fecerit ea
vivet in illis. »

vivet; sed de operibus tantum curat dicens: qui fecerit ea (opera quæ sunt a lege prescripta), vivet, (non vita justificationis quam lex conferre non valet, sed) in illis (donis quæ promittere potest, nempe oleo, frumento et vite temporalis prolongatione: uno denique verbo, dicitur nos vivere ex fide, utpote nobis vitam spiritualem per seipsam conferente; de lege autem tantummodo dicitur ejus sectatorem vivere in iis bonis temporalibus quæ exclusive promittit. Ex modo dictis, sectatores legis, seclusa fide Christi, sub maledicto manent; non sic autem de his qui fidem habent in Christum; nam)

Christus nos redemit de maledicto legis, (cum) factus (est) pro nobis maledictum pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno,

Christus nos redemit de maledicto legis, (cum) factus (est) pro nobis maledictum (seu maledictus ob susceptas in se maledictiones nobis a Deo reservatas, ut probatur Scriptura dicente): quia maledictus omnis, (proinde ipse Christus), qui pendet in ligno. (Hanc autem maledictionem suscepit in se Christus)

Ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

Ut in Gentibus benedictio (promissa) Abrahæ (communicata) fieret in (eo) Christo Jesu, (ex quo tanquam Abrahæ semine justificatio Gentium proventura erat, et) ut pollicitationem Spiritus (factam iis qui sicut Abraham erant crediti) accipiamus per fidem, (qua credimus in Christum in quo nostram justificationem constituit Deus dicens: « In semine tuo benedicentur omnes Gentes ». Ut probem nos hanc

Abrahæ benedictionem hæreditare per fidem, non vero per legem),

Fratres, secundum hominem (seu juxta hominum consuetudinem exemplum de promo et) dico: tamen, (seu tametsi) hominis (sola auctoritate) confirmatum (sit quodvis) testamentum (illud tamen) nemo spernit aut (illi addit seu) superordinat (aliquid præter id quod ab ipso testatore dispositum est: atqui per formam testamenti)

Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus, (scilicet soli Christo: soli Christo, inquam, nam) non dicit (Deus: « Abraham) et seminibus (ejus»), quasi in multis (caderet promissio), sed quasi in uno (adimplendæ sint, (dicit): « et semini tuo », quod (evidenter) est Christus. (Promissiones igitur Abrahæ factæ sunt quasi testamentum, cuius terminus est Christus: hoc posito),

Hoc autem dico: (Si testamentum hominis validum reputatur et a nemine abrogari nec mutari potest, a fortiori nec) testamentum (quod) confirmatum (est) a Deo (ipso; proinde illa), quæ (nonnisi) post quadringtones et triginta annos facta est, lex non irritum facit (nec mutare poterit testamentum Dei, nec sufficere potest) ad evacuandam (seu irritandam) promissionem (in libro consignatam; atqui si lex nobis justificationem afferret, Dei testamentum abrogaret. Ergo non a lege procedit justificatio nostra);

Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus: non dicit « et seminibus » quasi in multis, sed quasi in uno « et semini tuo » qui est Christus.

Hoc autem dico: (testamentum confirmatum a Deo; quæ post quadringtones et trigesima annos facta est lex, non irritum facit ad evanescendam promissionem:

Nam si ex lege hæreditas, jam non ex promissione: Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus.

Nam si ex lege (mosaica nobis contigit) hæreditas (hujus benedictionis et justificationis), jam (hæc benedictio nobis) non (venit) ex promissione (quæ de Christo venturo Abrahæ facta erat; atqui) Abrahæ autem (hujus benedictionis spem) per repromissionem donavit Deus: (ergo justificatio non ex legis operibus, sed ex promissione fidei concessa proindeque ex fide provenit. Unde sequitur, contra circumcisionem, quod non sit necessaria; si enim necessaria esset, augeretur et mutaretur testamentum Dei seu promissio quæ de illa nullam mentionem facit. Sed, dicit aliquis: ad)

Quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris.

Quid igitur lex (data fuit? Respondeo:) propter (declarandas et coercendas) transgressiones, (necnon et ut populus superbus, visa lege agnoscens peccata sua, intelligeret sibi gratia Christi opus esse ad implendam legem et sic tacite lex homines ad Christum transmitteret; propter has rationes, inquam, lex) posita est, donec veniret (hoc) semen, (nempe Christus), cui (Deus) promiserat (gentes per eum justificandas esse: itaque lex quasi paedagogus fuit qui nos ad Christum duceret, et nonnisi per occasionem data est: promissio autem propter seipsam data est et ut res principalis; lex data est usque ad tempus, promissio autem pro semper. Unde in modo sua promulgationis multo minor appetit lex quam promissio; lex enim ordinata (seu allata fuit) per Ange-

los in manu (Mosis) mediatoris (inter Deum et populum judaicum, dum immediate per Deum et absque mediatore facta est promissio. Insuper)

Mediator autem unius (personæ) non est (nec esse potest: nam nonnisi inter duas aut plures personas mediator intervenire potest, et ita fuit quoad promulgationem legis mosaicæ, cui aderant ex una parte Deus et ex altera parte Judæi inter quos Moses mediator fuit: porro contractus cuius existentia pendet ex plurim contrahentium voluntate, magis rescissioni obnoxius est quam alter cuius firmitudo ex unius voluntate pendet; atqui sic se habuit contractus legis mosaicæ respectu promissionis Abrahæ factæ: nam quoad promissionem) Deus autem unus est (promittens, et executio promissionis non conditionate sed absolute, non ad tempus sed absque limitibus, propter seipsam et a Deo immutabili data est proindeque certo adimplenda; atqui legis contractus mutabilis est; ergo promissio stabilior est quam lex; ergo, in Christo, qui est promissionis terminus, querenda est justificatio. Dixi legem datam fuisse ad impediendas transgressiones; et forsitan inde sic aliquis concludet et objiciet: ergo lex arripuit officium justificandi homines, donec veniret Christus; atqui haec potestas justificandi soli Christo, utpote promissionis objecto, tuis dictis reservata erat, ergo ex tuis dictis),

Mediator autem unius non est; Deus autem unus est,

Lex ergo adversus promissa Dei? Absit: si enim data esset lex quæ posset vivificare, vera ex lege esset justitia:

Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ revelanda erat.

Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo ut ex fide justificemur.

At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo; (nam iste pædagogus, Christo advento, inutilis factus est; ergo lex suam vim obligandi perdidit: a fide igitur, non vero a legis operibus justificationem vestram querite);

Omnes enim fi-

Lex ergo adversus promissa Dei data est? Respondeo: Absit (ista conclusio: etenim fateor quòd) si enim data esset lex quæ posset vivificare (seu justificare, inde sequeretur quòd) vere ex lege esset justitia: (nego autem legem habuisse vim justificandi);

Sed (ad hoc tantum profuit quòd) conclusit (seu declaravit) omnia (entia inclusa esse) sub peccato, ut (manifeste appareret quòd) promissio justificationis non ex lege, sed ex fide Iesu Christi daretur (solis) credentibus: (unde patet legem datam fuisse, ut dixi, ad manifestandas transgressiones, non autem ad conferendam justitiam).

Prius autem quam veniret fides (seu Christus qui erat objectum fidei), sub lege (quasi in carcere) custodiebamur conclusi (ut nos per minas suas a peccatis averteret et sic nos præpararet ad justificationem promissam, et nos duceret) in eam fidem quæ (in adventu Christi) revelanda erat.

Itaque, (nendum lex fuerit contraria promissis Dei), lex (quasi) pædagogus noster fuit (ad ducendum nos) in Christo, ut (credentes in eum) ex fide justificemur.

At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo; (nam iste pædagogus, Christo advento, inutilis factus est; ergo lex suam vim obligandi perdidit: a fide igitur, non vero a legis operibus justificationem vestram querite);

Omnes enim filii Dei estis per fidem

(quam accepistis in baptismo et) quæ est in Christo Jesu:

Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis (ita ut, veterem hominem exuti et in Christum novum hominem transformati, legis obsequio jam non indigeatis ut ad Christum adducamini. Dixi « quicunque »; nam in Christianismo nulla est apud Deum generis aut conditionis aut sexus differentia);

Non est (plus vel minus considerandus) Judæus neque Græcus; non est (rejiciendus) servus neque liber (acciendus); non est (gratior) masculus neque femina (minus grata); omnes enim vos unum (corpus mysticum) estis in (seu sub) Christo Jesu (capite vestro).

Si autem vos, (o Galatæ Gentiles, sic per fidem facti estis membra) Christi, ergo (sicut ipse Christus) semen (seu filii) Abrahæ estis; (ergo et etiam), secundum promissionem (Abrahæ factam), hæredes (benedictionis ei concessæ facti estis. Ergo vobis jam opus non est observatione legis mosaicæ ut ad Christum perveniatis, si quidem per fidem in Christum inserti estis).

lii Dei estis per fidem quæ est in Christo Jesu:

Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina: omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAPUT IV.

Apostolus probat Judæos quasi parvulos sub lege quasi tutore fuisse, christianos autem jam non lege sed spiritu adoptionis regi, proindeque indignum esse si ad egena legis elementa revertantur. In memoriam eorum revocat quanta aviditate ejus prædicationem antea complexi sint; unde illis pudendum est si ab ea nunc resiliant. Novum adoptionis christianorum argumentum afferit ex allegoria Abrahæ, in qua Isaac, Saræ liberæ filius, christianos Dei filios esse liberos significabat, Ismael autem utpote ex serva Agar natus et postea ejectus judaizantes a benedictione Dei et Abrahæ exclusos esse repræsentabat.

(Dixi legem Judæis datam fuisse tanquam pueru tutor datur usquedum majoritatem suam attigerit; nunc)

Dico autem: (quemadmodum), quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium;

Dico autem: (quemadmodum), quanto tempore hæres parvulus (et minor) est, nihil differt a servo (quoad administrationem honorum suorum), cum (seu quamvis hæreditatis jure) sit (revera) dominus omnium (horum bonorum);

Sed sub tutoribus et actoribus (seu curatoribus, quasi servus sub hero, subditus) est usque ad præfinitum tempus a patre, (scilicet usque ad ejus majoritatem).

Ita et nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. Ita et nos (Judæi), (nos qui eramus Abrahæ benedictionis hæredes), cum (et quandiu) essemus parvuli (seu rudes in cognitione et amore Dei, eramus quasi minores sub tutela constituti, et) sub elementis mundi (id est, sub littera et quasi legis veteris et ejus cæreniarum alpha-

beto) eramus servientes, (quasi servi sub hero).

At ubi venit plenitudo (seu adimpletio) temporis (a Deo Patre præfixi ut majores evaderemus), misit Deus Filium suum factum ex muliere (sine patris semine et) factum sub lege, (non in eo sensu quod legi subditus esset, sed quod ei et cærenia ab eo præscriptis subditus esse voluit. Misit Filium suum, inquam),

Ut eos, qui sub lege (tanquam sub tutore) erant, redimeret (a servitute hujus legis, et) ut (nos Judæi in societatem cum Gentilibus) adoptionem filiorum recipieremus (et Christi filii efficeremur: ergo nos Judæi jam non sumus legi mosaicæ subjecti, sed soli Christo obediare debemus. Vos vero, o Galatæ qui gentiles estis, non magis quam nos legi veteri obedientiam debetis),

Quoniam autem (vos quoque) estis filii Dei (et Christi, siquidem) misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, (seu Pater), Pater.

Itaque jam non est (ullus) servus (inter vos, o Galatæ)! sed (unusquisque vestrum Dei) filius (factus est: unde concludendum est) quod si filius (est Dei unusquisque vestrum, ergo) et hæres (factus est hæreditatis quæ vobis acquisita est per Christum) Deum (vestrum et fratrem vestrum).

Sed (cur eam libertatem abjudicaretis? Nonne præteriit tempus quo) tunc quidem,

At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege

Ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipieremus;

Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater!

Itaque jam non est servus, sed filius; quod si filius, et hæres per Deum.

Sed tunc quidem ignorantes

Deum, iis qui natura non sunt dii serviebatis;

Nunc autem cum cognoveritis Deum (ut Patrem vestrum), imo (et) cogniti sitis (et agniti) a Deo (tanquam ejus filii proinde que facti estis liberi); quomodo (et cur) convertimini iterum (ad aliam servitutem, scilicet) ad infirma et egena elementa (seu gratiae vacua) elementa, (quales sunt cæremoniæ legis veteris) quibus denuo servire vultis?

Dies observatis, et menses, et tempora, et annos.

Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis.

Estote sicut ego, quia et ego sicut vos; fratres, obsecro vos, nihil me læsistis.

Estote sicut ego (sum nunc quoad legis observantiam; eadem, qua ego, libertate utimini, considerantes) quia (seu quòd) et ego sicut vos (hujus legis studiosus fui et tamen eam abjeci): fratres, obsecro vos, (meum exemplum sequimini. Ne putetis tamen me, tam vehementer vobis loquenter, vobis iratum esse; nam quod ad me attinet), nihil me læsistis; (sed amans et miserans vestri hæc dico. Quod ad me spectat, ut dixi, nulla mihi vobis irascendi causa est; e contra)

Scitis autem quia per infirmi-

gnorantes Deum (verum), iis, qui natura non sunt dii, serviebatis? (Certe præteriit; et)

Nunc autem cum cognoveritis Deum (ut Patrem vestrum), imo (et) cogniti sitis (et agniti) a Deo (tanquam ejus filii proinde que facti estis liberi); quomodo (et cur) convertimini iterum (ad aliam servitutem, scilicet) ad infirma et egena elementa (seu gratiae vacua) elementa, (quales sunt cæremoniæ legis veteris) quibus denuo servire vultis? (Cur vos, o Judæi, etiam nunc)

Dies observatis et menses et tempora (seu festa) et annos (jubilæi et alias legis Judaicæ cæremonias? Cum vos hujus legis observantiam retinentes video),

Timeo, (quoad) vos, ne forte sine causa (seu frustra Evangelium vobis prædicando) laboraverim in vobis; (talem igitur errorem abjudicate, et)

Scitis autem (et ego non oblitus sum) quia (seu quòd, etsi) per infirmitatem car-

nis (seu per tribulationes et abjectiones) evangelizavi vobis jampridem, et (cum) tentationem *vestram* (experiri debuistis me spernendi propter hanc abjectionem et persecutionem quæ exercebatur) in carne mea, (tamen me)

Non sprevistis neque respuistis; sed sicut Angelum Dei exceperitis me; (imo) sicut (et cum eodem honore quo) Christum Jesum (acepissetis, me accepistis). Nunc autem

Ubi est ergo beatitudo vestra (qua vos tam beatos credebatis quòd vester Apostolus eram)? testimonium enim (de hac beatitudine vestra) perhibeo vos (et vere dicere possum), quia (seu quòd cum apud vos manerem), si fieri posset (seu si expediens fuisset), oculos (quidem) vestros eruissetis et dedissetis (in sacrificium) mihi. Unde venit ergo hæc in me vestra frigiditas? An

Ergo inimicus vobis factus sum, (quia fui) verum dicens vobis? Certe non ego sum inimicus vester; sed sunt inimici vestri pseudodoctores isti qui

Æmulantur vos (et fiduciam vestram), non (ut vos) bene (dirigant); sed (a Christo et a christiana libertate) excludere vos volunt, ut, (si eis adhærebitis) illos æmulemini (seu colatis et sic vos habeant discipulos quibus glorientur. Non eos vero),

Bonum autem æmulamini; (et magistros vestros sicut me vel mei similes sectari ne desinatis); in bono (quod vos docui, et

tatem carnis evangelizavi vobis jampridem, et tentationem vestram in carne mea.

Non sprevistis neque respuistis; sed sicut angelum Dei exceperitis me, sicut Christum Jesum.

Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi.

Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

Æmulantur vos non bene; sed excludere vos volunt ut illos æmulemini.

Bonum autem æmulamini in bono semper, et non

tantum cum præ-sens sum apud vos.

Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.

Vellem autem esse apud vos modo et mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.

Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis?

Scriptum est enim: « Quoniam Abraham duos filios habuit, unum (nempe Ismaelem) de ancilla (Agar), et unum de libera (nempe de Sara ejus primaria uxore): »

Sed qui de ancilla secundum carnem natus est; qui autem de libera, per reprobationem.

Quæ sunt per

illi bono) semper (adhærete) et non tan-tum cum præsens sum apud vos. (O vos,

Filioli mei, quos (Christo per Evangelii prædicationem jampridem genui, et pro quibus Christo acquirendis) iterum (labores sustineo tanquam si) parturio donec formetur Christus (seu Christi fides) in vobis; (o filioli, inquam),

Vellem autem esse apud vos modo, et mutare vocem meam, (viva voce vobis exprimendo quod epistola exprimere non valet), quoniam, (dum longe a vobis sum nesciens quo modo vobis loqui debeam), confundor (seu hæreo dubitans) in (quo modo magis persuasivo loquar) vobis. (Attamen aliud argumentum ex lege ipsa depromptum vobis exponam):

Dicite mihi, (vos) qui sub lege (mosaica) vultis esse, (an) legem (illam) non legistis? (ipsa enim docet a vobis illam pro Christo esse relinquendam. In ea lege)

Scriptum est enim quoniam (seu quòd) Abraham duos filios habuit, unum (nempe Ismaelem) de ancilla (Agar), et unum de libera (nempe de Sara ejus primaria uxore):

Sed (Ismael) qui de ancilla (natus est), secundum carnem (seu ex solis carnis vi-ribus) natus est; (Isaac) qui autem de libera (natus est, non secundum carnem siquidem Sara erat anus et sterilis, sed) per reprobationem (a Deo datam proindeque secundum virtutem divinam natus est):

Quæ (nunc dico) sunt per allegoriam

(in Scriptura) dicta (et significant quod in novo Testamento adimplendum erat): hæc enim (seu hæc ambæ feminæ) sunt (repræsentantes) duo testamenta (quæ Deus cum hominibus fecit, scilicet): unum quidem (et primum testamentum) in monte Sina (promulgatum, quod) in servitutem (subjicit illos quos) generans (est, utpote eos ceremoniis multis onerosis et pœnarum timore gravans, et hoc testamentum repræsentatur per illam ex duabus mulieribus) quæ est Agar. (Et dico, per transnam, quòd e monte Sina vetus Testamentum convenienter profluxit);

Sina enim mons est in Arabia (longe extra fines promissæ terræ situs, et valde horribilis, proindeque aptissimus ad significandum veteris testamenti terrorem: et iste Sina simul est mons) qui conjunctus est ei (urbi) quæ nunc est Jerusalem (in eo sensu quòd Judæi, qui in Jerusalem nunc vivunt parentes sunt Judæorum qui vixerunt in Sina): et (ista Agar, utpote servos generans, repræsentat hanc Jerusalem terrestrem quæ legi usque nunc) servit cum filiis suis.

Illa autem (quæ per Saram significatur et) quæ (de) sursum est Jerusalem (scilicet Christi Ecclesia), libera est (a servitute legis; et hæc est) quæ est mater nostra (tam Judæorum quam Gentilium, qui ejus libertate fruimur: de ea Jerusalem seu Ecclesia)

Scriptum est enim: Lætare (o Eccle-

Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis.

Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.

Scriptum est e-

nim: Lætare, sterilis quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis, quia multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum.
sia ex Gentilibus collecta, quæ antea) sterilis (eras); erumpe et (præ gaudio) clama, (tu) quæ (hucusque) non parturis, quia multi filii (erunt tibi) desertæ, imo et) magis (multi) quam ejus, (nempe synagogæ), quæ habet virum (scilicet legem mosaicam).

Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus;

Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum; ita et nunc.

Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ: Sed (de hac re) quid dicit Scriptura (referens verba Dei ad Abraham loquentis)?

“Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ; (ita nec Judæi, qui legis servi esse volunt et Christum persequuntur, erunt hæredes benedictionis, Christianis in Abraham persona promissæ, sed ex hac hæreditate ejicientur).

Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii sed liberæ; qua libertate Christus nos liberavit.

Itaque, fratres, (cum nos) non sumus ancillæ (synagogæ) filii, sed liberæ (Ecclesiæ), qua libertate Christus nos liberavit (utamur; et ne amplius legi sed Christo serviamus).

CAPUT V.

Pergit Apostolus urgere Galatas ut inutile legis veteris jugum rejiciant, ne expertes fiant justitiæ Christi. Deinde a parte dogmatica ad moralem transiens, eos ad christianam vocat libertatem, quam in spiritu et charitate sitam esse docet. Denique docet carnes concupiscere adversus spiritum, et tam carnis quam spiritu opera recenset.

State (igitur firmi in fide et libertate Christi), et nolite iterum jugo servitutis (legis mosaicæ) contineri, (neque circumcisionem, ut consulunt pseudodoctores, accipere).

Ecce ego Paulus (apostolus) dico vobis quoniam (seu quod), si circumcidamini, Christus (seu Christi redemptio) vobis nihil proderit. (Cur enim circuncidi vultis? nonne quia creditis circumcisionem esse necessariam, et baptismum ad justitiam obtinendam non sufficere? atqui hæc persuasio includit contemptum Christi; unde Christus suam gratiam et suæ passionis fructum a vobis auferet. Imo)

Testificor autem rursus omni circumcidenti se quoniam (seu quod, vi circumcisionis quæ est respectu Judaismi sicut baptismus respectu Christianismi), debitor (factus) est universæ legis faciendæ (seu observandæ, siquidem circumcisionis est tacita legis veteris professio. Quamvis extensus christiani appareatis, revera)

Evacuati estis a Christo (seu gratiæ redemptionis ejus expertes estis, vos) qui in

State et nolite iterum jugo servitutis contineri.

Ecce ego Paulus dico vobis quoniam, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

Evacuati estis a Christo, qui in

nim: Lætare, sterilis quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis, quia multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum.
sia ex Gentilibus collecta, quæ antea) sterilis (eras); erumpe et (præ gaudio) clama, (tu) quæ (hucusque) non parturis, quia multi filii (erunt tibi) desertæ, imo et) magis (multi) quam ejus, (nempe synagogæ), quæ habet virum (scilicet legem mosaicam).

Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus;

Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum; ita et nunc.

Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ: Sed (de hac re) quid dicit Scriptura (referens verba Dei ad Abraham loquentis)?

“Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ; (ita nec Judæi, qui legis servi esse volunt et Christum persequuntur, erunt hæredes benedictionis, Christianis in Abraham persona promissæ, sed ex hac hæreditate ejicientur).

Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii sed liberæ; qua libertate Christus nos liberavit (utamur; et ne amplius legi sed Christo serviamus).

CAPUT V.

Pergit Apostolus urgere Galatas ut inutile legis veteris jugum rejiciant, ne expertes fiant justitiæ Christi. Deinde a parte dogmatica ad moralem transiens, eos ad christianam vocat libertatem, quam in spiritu et charitate sitam esse docet. Denique docet carnes concupiscere adversus spiritum, et tam carnis quam spiritu opera recenset.

State (igitur firmi in fide et libertate Christi), et nolite iterum jugo servitutis (legis mosaicæ) contineri, (neque circumcisionem, ut consulunt pseudodoctores, accipere).

Ecce ego Paulus (apostolus) dico vobis quoniam (seu quod), si circumcidamini, Christus (seu Christi redemptio) vobis nihil proderit. (Cur enim circuncidi vultis? nonne quia creditis circumcisionem esse necessariam, et baptismum ad justitiam obtinendam non sufficere? atqui hæc persuasio includit contemptum Christi; unde Christus suam gratiam et suæ passionis fructum a vobis auferet. Imo)

Testificor autem rursus omni circumcidenti se quoniam (seu quod), vi circumcisionis quæ est respectu Judaismi sicut baptismus respectu Christianismi, debitor (factus) est universæ legis faciendæ (seu observandæ, siquidem circuncisio est tacita legis veteris professio. Quamvis extensus christiani appareatis, revera)

Evacuati estis a Christo (seu gratiæ redemptionis ejus expertes estis, vos) qui in

State et nolite iterum jugo servitutis contineri.

Ecce ego Paulus dico vobis quoniam, si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

Evacuati estis a Christo, qui in

lege justificamini;
a gratia excidi-
stis.

lege (veteri quæritis unde) justificamini : a gratia (Christi) excidistis, (ob hanc gravem injuriam illi a vobis illatam recurrendo ad legem et ejus cærenonias tanquam ad salutem necessarias. Jam vere christiani non estis);

Nos enim spiri-
tu ex fide spem
justitiae expecta-
mus.

Nos enim, (et omnes vere christiani nobiscum), spiritu (et spirituali vita quæ) ex fide (procedit vivimus, et ex ea) spem (et fructum) justitiae expectamus, (nempe vitam sanctam et vitam aternam; Judæi vero hanc justitiam non ex spiritu sed ex cærenonias legis quærunt; propterea ab hac justitia excludentur):

Nam in Christo Jesu neque cir-
cuncisio aliquid valet neque præ-
putium, sed fides quæ per charita-
tem operatur.

Nam in Christo Jesu (seu in Ecclesia Christi) neque circuncisio aliquid (ad justitiam) valet neque præputium, sed fides, (non ea quæ operibus vacua est, sed ea) quæ (charitate completur et) per charitatem (animata) operatur (opera bona et salutem).

Currebatis be-
ne : quis vos im-
pedivit veritati
non obedire ?

Currebatis bene (in curiculo vitæ christiane); quis vos impedivit (in cursu vestro et vobis suasit) veritati non obedire (et ad Judaismum abire)?

Persuasio hæc
non est ex eo qui
vocat vos :

Persuasio hæc non est (vobis suggesta) ex eo (Deo Patre) qui (e contra) vocat vos (ad fidem Filii sui Jesu Christi; sed ex diabolo (venit et ex ejus asseclis, qui sunt inter vos quasi)

Modicum fer-
mentum totam
massam corrum-
pit.

Modicum fermentum (quod) totam massam (seu pastam) corruptit. (Attamen)

Ego confido in

Ego confido in vobis (et) in Domino (vos

protegente ; confido, inquam), quòd (deinceps) nihil aliud sapientis (et creditis quam quod a Domino per os meum accepistis ; sed ille grex diaboli), qui autem conturbat vos (et ad Judaismum vult vos convertere), portabit judicium (seu pœnam judicio irrogatam), quicunque est ille (perturbator. Quod de me dictum est, scilicet, quòd ego apud Judæos Judaismi necessitatem prædicto, ex adversariis ipsis confutare possum. Nam Judæi Christianismo consentiunt et Evangelium admittunt, modo simul cum Evangelio lex vetus admittatur):

Ego autem, fratres, si (verum est quòd) circuncisionem (ego Judæis, ut volunt isti, revera) adhuc prædicto, quid adhuc (ab iisdem Judæis) persecutionem patior? (si, ut dicunt, circuncisionem simul cum cruce admittendam esse prædicto), ergo evacuatum est (et cessat) scandalum crucis (quod pro eis consistit in eo quòd per crucis prædicationem abolere legem mosaicam intendo : atqui hanc prædicationem crucis ut scandalum habere pergunt; ergo falsum est, ex ipsis, circuncisionem a me ut necessariam prædicari. Non solum autem hoc non prædicto ; sed etiam, partim ex amore justitiae, partim ex amore ipsorum pseudodoctorum quos per castigationem emendari vellem, dico) :

Utinam (puniantur) et (a vestra Ecclesia) abscondantur (illi) qui vos (sic) conturbant (et a libertate evangelica vos dejicere conantur) !

vobis in Domino,
quòd nihil aliud
sapientis : qui au-
tem conturbat vos
portabit judicium,
quicunque est ille.

Ego autem, fra-
tres, si circunci-
sionem adhuc
prædicto, quid ad-
huc persecutio-
nem patior? Ergo
evacuatum est
scandalum cru-
cis.

Utinam et abs-
cindantur qui vos
conturbant.

Vos enim in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne libertatem in occasione detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem.

Omnis enim lex in uno sermone impletur: « Diliges proximum tuum sicut te ipsum. »

Quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.

Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficiatis.

Caro enim con-

Vos enim (per Evangelium) in libertatem vocati estis; (eam igitur servate, caventes) tantum ne (hanc) libertatem (et a lege exemptionem nimium extendatis, et eam) in occasionem detis (scandali serviendo desideriis) carnis, (quasi nullis praceptis detenti essetis); sed (ea libertate sic utimini, scilicet), per charitatem (sancti) Spiritus (dignam, vobis succurrite et) servite invicem. (Huic charitati firmiter adhærete);

Omnis enim lex in (hoc) uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum; (et in hoc sermone implice ipsa lex charitatis erga Deum impletur, siquidem eadem lege præscribitur proximum diligendum esse propter Deum).

Quod, si (vos) invicem mordetis et comeditis (per detractiones vel dissidia, vobis cavendum est et) videte ne ab invicem consumamini; (hic est enim communis obtrectationum exitus, ut utriusque detrahentis et detracti exitio claudatur. Quod malum ut avertatis),

Dico autem (vobis): (Non lege nec carne, sed Dei) Spiritu (vivite et) ambulate; et desideria carnis, (quantumvis vos sollicitent), non perficiatis:

Caro enim concupiscit (et suadet malum)

¹ Dices: Cur igitur Christiani, qui sunt liberi, tot legibus et canonibus gravantur? Respondeo: Longe pauciores et multo minus onerosa, si sacrificiis Iustralibus comparentur, sunt leges Ecclesiæ ad populum spectantes. Canones vero, qui clericorum vitam institunt, si plures sunt, non nisi sponte a clericis accipiuntur: sed ad eorum observiam iam alii non tenentur, proutdeque nihil ex eis quoad populum concludi potest.

adversus spiritum; spiritus autem (sancta desideria in nobis excitat) adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, (ita) ut non (semper) quæcunque vultis illa faciatis: (verbi gratia, velletis non sentire motus concupiscentiae et a motibus charitatis non impediri; hoc autem a vobis non pendet; et illud malorum motuum onus vobis, etiam invitis, sustinere incumbit. Scitote)

Quod si spiritu (et ejus instinctu liberter) ducimini, (jam) non estis sub lege (nec propter legem terrentem servientes; sed extra, imo et supra legem estis, siquidem spontaneæ et voluntarie facitis quod lex jubet. Atqui facile est cognoscere utrum spiritu an carne ducamini: nam 1º quoad carnem),

Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: fornicatio, immunditia (qua se homo contra naturam contaminat), impudicitia (in osculis aut gestibus), luxuria (seu quævis libido petulantior),

Idolorum servitus, beneficia (quibus occulte per venenum necantur homines), inimicitiae, contentiones, æmulationes (quæ hominem propter aliorum successum præ livore conficiunt), iræ (seu vindictæ appetitus), rixæ, dissensiones, sectæ (quæ opinionem privatam Ecclesiæ opinioni anteponunt),

Invidiæ, homicidia, ebrietates, commissiones (luxuriosæ), et (alia) his (vitiis) similia, quæ (seu de quibus) prædicto vobis

cupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcunque vultis illa faciatis.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,

Idolorum servitus, beneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

Invidiæ, homicidia, ebrietates, commissiones,

et his similia; quæ sicut (alibi) prædixi, quoniam (seu quòd) prædicto vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. (2º Quoad Spiritum autem):

Fructus autem Spiritus est: Charitas, Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex.

Fructus autem Spiritus est: Charitas, (quæ ipsa fructuum sequentium radix est), gaudium (ex conscientia pura), pax (inimicitis opposita), patientia (in tribulationibus), benignitas (seu morum suavitas), bonitas (qua a nocendo avertimur et ad beneficiendum provocamur), longanimitas,

Mansuetudo (qua quis fit maxime tractabilis), fides (qua quis fidus est promissis), modestia (qua moderatur omnes actus exteriores et totum hominem recte componit), continentia (seu virtutum omnium complexio qua quis omnes omnium vitiorum illecebras frænat), castitas (qua in eo differt a continentia quòd illa pugnat altera autem manet in pace: atqui) adversus (christianos qui) hujusmodi (fructus sectantur) non est (ulla) lex (qua eos redarguat et condemnnet; proindeque illi qui sic a spiritu ducuntur sub lege non sunt: haec resumens dico: illi),

Qui autem sunt (Spiritum) Christi (impulsi), carnem suam crucifixerunt (et compresserunt) cum (omnibus) vitiis et concupiscentiis (ejus: igitur)

Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis;

Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus.

Si spiritu (Christi, et interna vita grata) vivimus, spiritu (seu secundum hujus

spiritus ductum) ambulemus (et opere-mur);

Non (autem) efficiamur inanis gloriæ cupidi, (quæ nos quasi bullas inflans vacuos relinquit, nec efficiamur) invicem (ad rixas nos) provocantes, (nec) invicem aliorum gloriæ et præcellentiae) invidentes.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

CAPUT VI ET ULTIMUM.

Galatas hortatur Apostolus ad bona opera et præsertim ad beneficentiam in christianos, et ad vitandam gloriam hominum. Gloriationi, quam Judæi in circuncisione ponebant, suam in cruce Jesu gloriationem opponit, dicens: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.

(Aliis nolite invidere, inquam; e contra),

Fratres, (invicem vos sustinetе); et, si præoccupatus (seu lapsus) fuerit (aliquis) homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis (et a spiritu ducimini), hujusmodi (hominem) instruite (et restituite tractantes eum) in spiritu lenitatis: (unumquemque vestrum hoc moneo et unicuique dico: sic age cum aliis), considerans te ipsum (esse infirmum, proindeque tibi timendum esse) ne et tu tenteris; (quod Deus vulgo permittit fieri erga eos qui peccatoribus immisericordes sunt).

Alter (igitur) alterius onera portate, (proximo compatientes), et sic adimplebitis legem Christi (qua fraternam dilectionem præcipit. Ne proximum duriter tractetis, male confidentes in virtute vestra);

Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi:

Nam si quis existimat se aliquid esse, (errat) cum (seu siquidem) nihil (ipse) sit; et (in hac sui ipsius complacentia) ipse se seducit. (Ne quis vestrum, ut Pharisaeus respectu Publicani, vitam, mores, defectus aliorum examinare et redarguere praesumat; in hoc prius immoretur, scilicet):

Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipsa tantum gloriam habebit et non in altero.

Unusquisque enim onus suum (seu propriorum sarcinam peccatorum) portabit.

Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

Nolite errare: Deus non irridetur:

Quae enim seminaverit homo, haec et metet: quoniam qui seminat in carne

Nam si quis existimat se aliquid esse, (errat) cum (seu siquidem) nihil (ipse) sit; et (in hac sui ipsius complacentia) ipse se seducit. (Ne quis vestrum, ut Pharisaeus respectu Publicani, vitam, mores, defectus aliorum examinare et redarguere praesumat; in hoc prius immoretur, scilicet):

Opus autem suum (proprium consideret et) probet unusquisque, (et videat utrum aliquo defectu labore, an Deo vere placet); et sic, (si opus suum purum et perfectum esse viderit), in semetipsa (gloriari poterit, sed in semetipsa) tantum (hanc) gloriam habebit, et non in altero (seu non cum contemptu alterius qui minus perfectus est. Non enim, in die judicii, de vita proximi tui te Christus absolvet aut condemnabit; sed ante tribunal ejus)

Unusquisque enim onus suum (seu propriorum sarcinam peccatorum) portabit. (Decet etiam ut de suo)

Communicet autem is (catechumenus) qui catechizatur verbo (catechizantis, et tribuat) ei qui se catechizat (aliquam participationem) in omnibus bonis (suis temporalibus. Et in hac bonorum vestrorum communicatione)

Nolite errare, (nec vos metipos vanis excusationibus fallere): Deus (enim) non (fallitur nec) irridetur:

Quae enim seminaverit homo, haec (tantum) et metet: (et mementote) quoniam (seu quod) qui seminat (opes suas) in carne sua (delectanda), de carne et metet eor-

ruptionem (quam parit concupiscentia sua, de carne et bene nutrita, et proinde metet mortem aeternam; ille) qui autem seminat (opes suas) in spiritu (alendo et acuendo), de spiritu metet (opes spirituales et) vitam aeternam. (Igitur omne)

Bonum autem (seu bona opera, praesertim eleemosynam, simus constanter) facientes (et ab eis) non deficiamus; tempore enim suo (vitae spiritualis et vitae aeternae fructus) metemus (incessanter et) non deficientes:

Ergo dum (seminandi) tempus habemus, operemur bonum (extendentes eleemosynam nostram) ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei (seu christianos).

Videte qualibus (et quam longis in) litteris scripsi vobis mea manu: (unde facile concludere potestis quanto vos amore prosequar et quanta sit mihi cura vos a Judaismo retrahendi. De judaizantibus hoc vos adhuc monere volo, quod)

Quicumque enim volunt placere in carne (seu in observantia legis et circuncisionis carnalis, et) hi (qui) cogunt vos circuncidi, (sic agunt non propter zelum legis impletæ, sed) tantum ut (non displiceant Judæis et sic) crucis Christi persecutionem non patiantur. (Non propter zelum legis vos ad circuncisionem cogunt, inquam);

Neque enim (hi) qui circunciduntur, legem (ipsi) custodiunt; (illam e contra violent) ; sed volunt vos circuncidi, ut in carne vestra (circunsa triumphi occasio-

Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.

Quicumque enim volunt placere in carne (seu in observantia legis et circuncisionis carnalis, et) hi (qui) cogunt vos circuncidi, (sic agunt non propter zelum legis impletæ, sed) tantum ut (non displiceant Judæis et sic) crucis Christi persecutionem non patiantur.

Neque enim qui circunciduntur legem custodiunt; sed volunt vos circuncidi ut in

carne vestra glo-
rientur.

Mihi autem ab-
sit gloriari nisi in
cruce Domini no-
stri Jesu Christi,
per quem mihi
mundus crucifi-
xus est et ego
mundo.

In Christo enim
Jesu neque cir-
cuncisio aliquid valet (ad
christiane vivendum) neque (valet) præ-
putium; sed nova
creatura (per baptismum
et gratiam Christi renovata plurimum va-
let ad christianam vitam et ad vitam æter-
nam. Hoc scitote).

Et quicunque
hanc regulam se-
cuti fuerint, pax
super illos et mi-
sericordia et su-
per Israel Dei.

De cætero nemo
mihi molestus sit;
ego enim stig-
mata Domini Jesu in
corpore meo por-
to.

Gratia Domini
nostrí Jesu Chri-
sti cum spiritu
vestro, fratres. A-
men.

nem habeant et de eo apud Judæos) glo-
rientur.

Mihi autem absit gloriari (in aliqua re)
nisi in cruce (et fide et redemptione) Do-
mini nostri Jesu Christi, per quem mihi
mundus crucifixus est (ita ut ab eo et ejus
deliciis abhorream), et (propter quem vice
versa) ego (abominor a) mundo (et mun-
danis hominibus. In nulla alia re glorior,
inquam; nam, ut jam dixi),

In Christo enim Jesu (et in ejus religio-
ne), neque circuncisio aliquid valet (ad
christiane vivendum) neque (valet) præ-
putium; sed nova creatura (per baptismum
et gratiam Christi renovata plurimum va-
let ad christianam vitam et ad vitam æter-
nam. Hoc scitote).

Et (mementote quòd) quicumque hanc
regulam (quam de justificatione vobis tra-
didi), secuti fuerint, (certiores esse possunt
quòd inde venient) pax (conscientiæ) su-
per illos et misericordia (Dei), et (quo-
que) super Israel (populum) Dei (qui, Ju-
daismo relicto, in Christum crediderit).

De cætero, nemo mihi molestus sit (ro-
gando me utrum Christi an Mosis servus
(sim); ego enim stigmata (seu plagas et
cicatrices pro) Domini Jesu (gloria suscep-
tas) in corpore meo porto, (quibus satis
patet eujus servus sim).

Gratia Domini nostri Jesu Christi (sit)
cum spiritu vestro, fratres, (et vobiscum
maneat in æternum). Amen.

FINIS EPISTOLE AD GALATAS.

EPISTOLA B. PAULI AD EPHESIOS

ARGUMENTUM.

In tribus hujus Epistolæ capitibus tractatur pars dogmatica. In his disputat Apostolus de arcano et beneficio divinæ prædestinationis, mirans 1º quòd Deus prædestinaverit nos homines per mortem Filii sui sibi reconciliari; 2º quòd, in hac prædestinatione Judæis verum Deum colentibus Gentes atheas prætulerit; 3º quòd, inter tot hominum myriades, Ephesii aliquæ pauci fideles hoc prædestinationis beneficio et Evangelii prædicatione donati fuerint. In hac eadem priore parte, de Philosophorum et Judaizantium erroribus disserit et eos carpit. In posteriori parte quæ moralis est, cuique recte vivendi modum præscribit.

Hæc Epistola, sicuti omnes quas in carcere scripsit, obscurior et profundior est. Anno Christi 52 scripta et missa fuit. Ephesus, Asiæ minoris metropolis, idolatriæ et artis magice theatrum erat, et in ea insigne fuit templum Dianaë consecratum.

UNIVERSITATIS NACIONALIS DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



carne vestra glo-
rientur.

Mihi autem ab-
sit gloriari nisi in
cruce Domini no-
stri Jesu Christi,
per quem mihi
mundus crucifi-
xus est et ego
mundo.

In Christo enim
Jesu neque cir-
cuncisio aliquid valet (ad
christiane vivendum) neque (valet) præ-
putium; sed nova
creatura (per baptismum
et gratiam Christi renovata plurimum va-
let ad christianam vitam et ad vitam æter-
nam. Hoc scitote).

Et quicunque
hanc regulam se-
cuti fuerint, pax
super illos et mi-
sericordia et su-
per Israel Dei.

De cætero nemo
mihi molestus sit;
ego enim stig-
mata Domini Jesu in
corpore meo por-
to.

Gratia Domini
nostrí Jesu Chri-
sti cum spiritu
vestro, fratres. A-
men.

nem habeant et de eo apud Judæos) glo-
rientur.

Mihi autem absit gloriari (in aliqua re)
nisi in cruce (et fide et redemptione) Do-
mini nostri Jesu Christi, per quem mihi
mundus crucifixus est (ita ut ab eo et ejus
deliciis abhorream), et (propter quem vice
versa) ego (abominor a) mundo (et mun-
danis hominibus. In nulla alia re glorior,
inquam; nam, ut jam dixi),

In Christo enim Jesu (et in ejus religio-
ne), neque circuncisio aliquid valet (ad
christiane vivendum) neque (valet) præ-
putium; sed nova creatura (per baptismum
et gratiam Christi renovata plurimum va-
Fornicatio autem et omnis immunditia
aut avaritia nec (quidem) nominetur in
vobis, sicut decet (his vitiis vacuos esse
Christianos nomine et professione) san-
tos: (nec audiatur etiam)

Fornicatio au-
tem et omnis im-
munditia aut ava-
ritia nec nomine-
tur in vobis, sicut
decet sanctos,

Aut turpitudo aut stultiloquium aut seurrilitas que ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.

Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus, aut avarus quod est idolorum servitus (in eo sensu quod omnem vitæ suæ spem in divitiis avarus reponit proindeque illas pro Deo quasi habet), non habet hereditatem (expectandam) in regno Christi et Dei (Patris eius). Multi pseudophilosophi et heretici huic sententiæ contradicunt; sed cavete ut

Nemo vos seducat inanibus (et fallacibus) verbis; (certum est quod) propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiam:

Nolite ergo effici participes eorum (vitiiorum; si enim haec admitteretis, nocentiores adhuc quam antea fieretis);

Eratis enim aliquando (seu olim) tenebræ; nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate;

Aut turpitudo (verborum) aut stultiloquium (seu ineptæ fabulæ) aut seurrilitas (seu jocus indecens), quæ ad rem (christianam seu ad decentiam) non pertinet; sed magis (seu potius) loquimini de beneficiis Dei, ut inde oriatur gratiarum actio.

Hoc enim scitote (et estote) intelligentes, (scilicet), quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, (laborans eo vitio) quod est idolorum servitus (in eo sensu quod omnem vitæ suæ spem in divitiis avarus reponit proindeque illas pro Deo quasi habet), non habet hereditatem (expectandam) in regno Christi et Dei (Patris eius). Multi pseudophilosophi et heretici huic sententiæ contradicunt; sed cavete ut

Nemo vos seducat inanibus (et fallacibus) verbis; (certum est quod) propter haec enim (fornicationis et avaritiae vitia) venit (et veniet) ira Dei in (hos) filios diffidentiae (seu contumaciæ) adversantes legi Dei quæ illa vetat):

Notite ergo effici participes eorum (vitiiorum; si enim haec admitteretis, nocentiores adhuc quam antea fieretis);

Eratis enim aliquando (seu olim) tenebræ, (id est, tenebricosi tantummodo per ignorantiam, et nescientes haec vitia tam gravia esse peccata); nunc autem (cum facti estis) lux (seu lucidi per illuminacionem fidei et gratiae quam accepistis) in Domino, (hanc ignorantiae excusationem jam non haberetis, proindeque, ut dixi, multo nocentiores essetis. Nunc igitur

cum filii lucis estis), ut filii lucis ambulate, (moribus vestris ostendentes quod haec opera tenebrarum dispulistis: atqui)

Fructus enim lucis (hic) est, (scilicet, conversari) in omni bonitate (seu beneficentia), et (in) justitia (fraudibus opposita), et (in) veritate (mendacio et hypocrisia contraria);

Probantes (seu exquirentes estote) quid sit beneplacitum Deo, (ut illius voluntatem adimpleatis; atqui haec est voluntas Dei, ut sitis benigni et justi et sinceri. Insuper)

Et nolite communicare (cum his qui incumbunt his) operibus infructuosis tenebrarum); magis (seu potius) autem (eos) redarguite. (Illa opera),

Probantes quid sit beneplacitum Deo.

Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum; magis autem redarguite:

Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, (non solum facere malum est, sed etiam) turpe est et (ea) dicere. (Ea autem potius redarguite lumine sanctæ vestræ doctrinæ et vitæ; nam)

Omnia autem quæ (sic) arguuntur (ut nociva), a lumine (isto) manifestantur; (porro ille, qui agit) omne enim (opus) quod (tenebrosum est, cum luce vitæ christianæ) manifestatur, (sæpe per pœnitentiam emendatur et per eam tenebras abjicit et) lumen (seu luminosus factus) est; ita lumine vestræ christianæ vitæ arguti et illuminati pagani agnoscunt et deserunt suos errores et ex paganis christiani fiunt).

Propter quod (obtinendum, et ut in nobis hoc studium tenebras expellendi dicit: « Surge,

Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur; omne enim quod manifestatur lumen est:

Propter quod

qui dormis, et exurge a mortuis,
et illuminabit te Christus. »

acuat, Spiritus sanctus) dicit (per me exterius et interius in anima peccatoris): Surge, (o tu) qui dormis (somno peccati), et exurge a mortuis; (respice lucem tibi a fulgentem), et illuminabit te Christus (sol justitiae, sicut illuminat eos omnes qui luci oculos aperire non renunt. Sic vos debetis, o vere christiani, instar Spiritus sancti, e somno suscitare peccatores et eos ad lucem revocare):

Videte itaque, fratres, quomodo ambulare debeatis, et curate ut circumspecte ambuleatis, (cogitantes vos ab omnibus examinari; ambulate igitur), non quasi insipientes (qui in tenebris ignorantiae vagantur),

Sed ut sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt.

Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei.

Et nolite inebrari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto,

Loquentes vobis metipsis in

Videte itaque, fratres, quomodo (ambulare debeatis, et curate ut circumspecte) ambuleatis, (cogitantes vos ab omnibus examinari; ambulate igitur), non quasi insipientes (qui in tenebris ignorantiae vagantur),

Sed ut sapientes (filii lucis a Christo illuminati; estote) redimentes tempus (vitæ anteactæ per pœnitentiam peccatorum vestrorum, et bene de tempore præsentis utimini), quoniam (hi) dies (præsentes) mali sunt, (utpote periculo tentationis exponentes vel occasionem bene agendi adimentes).

Propterea nolite fieri imprudentes, (occisionem bene agendi prætermittendo); sed (estote) intelligentes (seu attendentes) quae sit voluntas Dei (a vobis facienda):

Et nolite inebrari a vino, in quo (seu ex cuius abusu proveniens) est luxuria (seu libido venerea); sed implemini (seu digni estote ut impleamini) Spiritu sancto (qui in vobis habitabit, si fueritis)

Loquentes vobis metipsis (seu ædificantes vos metipsis) in psalmis et (in) hymnis

et (in) canticis spiritualibus, cantantes et psallentes (non ex solis labiis sed) in cordibus vestris (pro Domino glorificando, et si fueritis)

Gratias agentes semper pro omnibus (beneficiis a Deo acceptis), in nomine Domini Jesu Christi, Deo (supremo) et (ipsius) Patri.

Subjecti (estote) invicem (superioribus vestris, non ex timore pœnæ, sed) in timore Christi (quem offenderet inobedientia vestra. Propter eamdem Christi reverentiam)

Mulieres viris suis subdite sint, sicut (subjectæ essent) Domino (cujus locum vir tenet; et viri uxores suas diligent et protegant),

Quoniam (mulier) debet esse respective ad virum et vir respective ad mulierem sicut Ecclesia est respective ad Christum et Christus respective ad Ecclesiam; vir (enim) caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiæ; (atque vir esse debet protector et conservator mulieris sicut) ipse (Christus) salvator (est) corporis ejus, (nempe, Ecclesiæ);

Sed, (seu ergo) sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres (subjectæ sint) viris suis in omnibus (quæ secundum Deum ab iis exigi possunt. Dixi virum esse respective ad mulierem sicut est Christus respective ad Ecclesiam: itaque dico),

psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino,

Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesus Christi, Deo et Patri.

Subjecti invicem in timore Christi.

Mulieres viris suis subdite sint sicut Domino;

Quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse salvator corporis ejus;

Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus.

Viri, diligit u-
xores vestras sicut
et Christus dile-
xit Ecclesiam et
seipsum tradidit
pro ea,

Ut illam sancti-
ficaret mundans
lavacro aquæ in
verbo vitæ,

Ut exhiberet ip-
se sibi gloriosam
Ecclesiam, non
habentem macu-
lam aut rugam aut
aliquid hujusmo-
di, sed ut sit san-
cta et immacula-
ta;

Ita et viri de-
bent diligere u-
xores suas ut cor-
pora sua: qui suam
uxorem diligit se-
ipsum diligit:

Nemo enim un-
quam carnem suam (pro-
priam) odio habuit, sed nutrit et fovet
eam: (maritus igitur nutritre et favere
debet uxorem suam), sicut et Christus
Ecclesiam (suam suo modo nutrit et fovet).

Et sicut nos Ecclesiæ membra a Christo
spiritualiter nutriti sumus,

Viri, diligit uxores vestras sicut et
(simili amore quo) Christus dilexit Eccle-
siam; et (quemadmodum) seipsum (Chris-
tus etiam morti) tradidit pro ea,

Ut illam sanctificaret, mundans (eam)
lavacro aquæ (baptismalis) in verbo vitæ¹
(seu per formam sacramentalem et vivi-
ficam verborum ex opere operato sancti-
tatem conferentium, ita)

Ut exhiberet (seu haberet) ipse sibi glo-
riosam Ecclesiam, non habentem (ullam
peccati) maculam² aut (vetustatis) ru-
gam aut aliquid (vitii) hujusmodi, sed ut
sit (ommino) sancta et immaculata;

Ita et viri debent diligere uxores suas,
ut (diligunt propria) corpora sua; (nam)
qui suam uxorem diligit, seipsum (et pro-
prium corpus suum) diligit, (siquidem
unum corpus mulier cum viro efficit; ergo
suam uxorem diligere debet):

Nemo enim un-
quam carnem suam (pro-
priam) odio habuit, sed nutrit et fovet
eam: (maritus igitur nutritre et favere
debet uxorem suam), sicut et Christus
Ecclesiam (suam suo modo nutrit et fovet).

Et sicut nos Ecclesiæ membra a Christo
spiritualiter nutriti sumus,

Quia membra sumus corporis ejus (et)
de carne ejus et de ossibus ejus; (sic et
uxor nutrienda et fovenda est a marito
tanquam ejus ossa et caro et membra.
Quod adhuc confirmatur Scriptura di-
cente):

Propter hoc (quòd uxor sit caro de
carne viri), relinquet homo patrem et ma-
trem suam, et adhæredit uxori suæ, et
erunt duo in carne una (proindeque unum
amore et voluntate: ex his conclndo quòd)

Sacramentum hoc (matrimonii) magnum
est (non prout est unio duorum conjugum;
illud) ego autem (magnum) dico in (eo
quod significat arctissimam unionem quæ
facta est) in Christo et in Ecclesia (seu in-
ter Christum et Ecclesiam).

Veruntamen (seu itaque) et vos singuli
(christiani, qui vestro matrimonio unio-
nem Christi cum Ecclesia repræsentatis,
curate ut illud quod repræsentatis rēvera
exprimatis; igitur) unusquisque (maritus)
uxorem suam sicut seipsum diligit, (et
sicut Christus Ecclesiam suam dilexit; et)
uxor autem timeat (seu revereatur) virum
suum (sicut Ecclesia Christum).

Quia membra
sumus corporis
ejus de carne ejus
et de ossibus ejus.

Propter quod
relinquet homo
patrem et matrem
suam et adhære-
bit uxori suæ, et
erunt duo in car-
ne una.

Sacramentum
hoc magnum est,
ego autem dico in
Christo et in Ec-
clesia.

Veruntamen et
vos singuli, unus-
quisque uxorem
suam sicut seip-
sum diligt: uxor
autem timeat vi-
rum suum.

¹ Paulus dicit animas per baptismum mundari; ergo non per solam fidem
justificantur, ut assertunt Novantes.

² Ecclesia non dicitur sancta in eo sensu quòd omnia ejus membra sancta
sint, sed in eo quod ejus pars pœcipua, qua Christo adhæret, est sancta.
Sancta etiam dicitur ratione Christi capituli sui et ratione doctrinæ et sacra-
mentorum quæ sanctitatem conferunt. Dicitur sancta eadem ratione quæ dici-
tur homo ratiocinabilis esse, eti per caput tantummodo ratiocinetur.

CAPUT VI ET ULTIMUM.

Apostolus jubet ut filii parentibus et servi dominis obediant, et vicissim parentes filiis et domini servis [benigni] sint. Ostendit quanta sit nobis lucta cum dæmonibus, et contra eos Christi armaturam assignat. Ad orationem assiduam hortatur et ad obtinendam animos evangelizandi libertatem. Mittit ad eos Tychicum qui eos de ejus in vinculis statu moneat, et eis pacem precatur.

Fili, obedite pa-
rentibus vestris
in Domino; hoc
enim justum est:

Honora patrem
tuum et matrem tuam,
quod est
mandatum pri-
mum in promis-
sione,

Ut bene sit tibi
et sis longævus
super terram.

Et vos, patres,
nolite ad iracun-
diam provocare
filios vestros, sed
educate illos in
disciplina et cor-
reptione Domini.

Servi, obedite
dominis carnali-
bus cum timore
et tremore in sim-
plicitate cordis
vestri sicut Chri-
sto;

Fili, obedite parentibus vestris in Do-
mino (seu pro amore Domini quem repræ-
sentant); hoc enim justum (et a Domino
præceptum) est (his verbis):

Honora patrem tuum et matrem tuam;
quod est mandatum primum, (non ratione
ordinis mandatorum, quorum excellentissi-
ma ad Deum spectant; sed est primum)
in promissione, (utpote illud cui promis-
sio specialis adjecta est: quæ promissio in
eo consistit)

Ut bene sit tibi (qui illud observave-
ris), et sis longævus (seu diu victurus)
super terram.

Et vos, patres, nolite ad iracundiam
(nimia severitate) provocare filios vestros;
sed educate illos in disciplina et corre-
ptione, (qua discant vivere christiane et
secundum voluntatem) Domini.

Servi, obedite dominis carnalibus (seu
temporalibus et mundanis) cum timore et
tremore; (et obedite eis non fraudulenter
aut ficte, sed) in simplicitate cordis vestri,
sicut (obediendum est) Christo (quem re-
presentant),

Non ad oculum (domini) servientes,
quasi hominibus (velletis esse) placentes,
sed ut servi Christi facientes voluntatem
(illorum tanquam si esset voluntas ipsius)
Dei, (et) ex amino (sincero non autem
quasi per coactionem) obedite illis. Esto-
te eis)

Cum bona (et non morosa) voluntate
servientes, sicut (serviretis) Domino et
non hominibus; (nam debetis esse)

Scientes quoniam (seu quod) unusquisque
(vestrum), quocunque fecerit bonum,
(propter) hoc (bonum) recipiet (mercede-
dem) a Domino, (sive sit) servus sive (sit)
liber.

Et vos (vicissim, o) domini, eadem
(quoad beniguitatem et sinceritatem) facite
illis; (estote) remittentes (seu parcentes
eis) minas; scientes (enim esse debetis)
quia (seu quod non solummodo vestro-
rum æqualium sed) et illorum (servorum)
fratres estis, et quod et illorum (simul)
et vester Dominus est in cœlis (qui erga
vos talis erit quales fueritis erga illos), et
(quod dominos æque ac servos pro bonis
operibus remunerabit et pro malis puniet;
nam) personarum acceptio non est apud
eum, (et omnes homines non ex eorum
conditione sed secundum eorum opera
judicabit).

De cætero, (seu denique), fratres, con-
fortamini in Domino (seu in fide et gratia
Domini), et (contra tentationes freti estote)
in potentia virtutis ejus.

Non ad oculum
servientes
quasi hominibus
placentes, sed ut
servi Christi fa-
cientes voluntat-
em Dei ex amino,

Cum bona vo-
luntate servien-
tes sicut Domino
et non hominibus,

Scientes quo-
niam unusquis-
que, quocunque
fecerit bonum,
hoc recipiet a Do-
mino sive servus
sive liber.

Et vos, domini,
eadem facite illis,
remittentes mi-
nas, scientes quia
et illorum et ve-
ster Dominus est
in cœlis, et per-
sonarum accep-
tio non est apud
eum.

Induite vos armaturam Dei ut possitis stare adversus insidias diaboli,

Quoniam non est nobis collectatio (solummodo) adversus carnem et sanguinem (seu adversus homines carne et sanguine constantes), sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cœlestibus.

Propterea accipite armaturam Dei ut possitis resistere in die (seu tempore temptationis) malo, et in omnibus (periculis perfecti et incolumes) stare.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate et indui loricam justitiae,

Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis,

Induite vos (a pedibus ad caput) armaturam Dei, ut possitis stare (firmi) adversus insidias diaboli; (tali armatura multum indigetis),

Quoniam non est nobis collectatio (solummodo) adversus carnem et sanguinem (seu adversus homines carne et sanguine constantes), sed adversus principes et potestates (seu malos angelos qui in ordine potestatum fuerunt ante eorum casum, et) adversus mundi rectores (qui dominatores sunt non cœli et terræ sed tantummodo) tenebrarum harum (inferiorum, et) contra spiritualia (entia) nequitiae (plena quæ semper vagantur) in cœlestibus (seu in aere; unde nobis imminentes hi spiritus maligni tuto et fortiter tela adversus nos projiciunt. Quomodo igitur inter tot pericula inermes stare poteritis) ?

Propterea accipite armaturam Dei ut possitis resistere in die (seu tempore temptationis) malo, et in omnibus (periculis perfecti et incolumes) stare.

State ergo, (et estote) succincti lumbos vestros (cingulo fidelitatis, ut fideliter ambuletis) in veritate (seu secundum doctrinam veram Christi; et hæc est prima pars armaturæ Dei): et, (secundo, estote) indui loricam justitiae (generalis, quæ est omnium virtutum complexio);

Et, (tertio, estote spiritualiter) calceati, (ut) pedes (vestri prompti sint ad ferendum vos) in præparatione Evangelii pa-

cis, (sive ad obediendum ei sive ad illud alii prædicandum. Estote, quarto),

In omnibus (temptationibus) sumentes scutum fidei, in quo (seu quocum) possitis omnia tela nequissimi (diaboli) ignea (et concupiscentiam inflammantia) extinguere;

Et, (quinto), galeam salutis (seu spem) assumite et gladium spiritus (seu spiritualem) quod, (seu qui) est verbum Dei, (quo hostes salutis vestræ repellere valeatis. Sed arma induere non satis est militi; debet insuper vigilare et a duce suo omnibus necessariis instrui; sic et vos)

Per omnem orationem et obsecrationem orantes (estote) omni tempore (non solum voce sed et) in spiritu, (depositentes a Deo omnes vobis necessarias vires tum externas tum internas; et in (hoc) ipso (incumbite ut sitis) vigilantes (et perseverantes) in omni instantia et obsecratione, (qua oretis non tantum pro vobis sed et) pro omnibus sanctis (seu christianis),

Et pro me (apostolo vestro), ut detur mihi sermo (firmus ita ut) in apertione oris mei (loquar) cum fiducia (et libertate quæ decet ministrum Christi, et libere possum) notum facere mysterium Evangelii,

Pro quo (prædicando) legatione fungor (et pro quo nunc sum vincitus) in catena: (orate pro me, inquam), ita ut in (hoc) ipso (prædicationis munere adhuc incumbere) audeam (et loquar) prout oportet me loqui.

In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingue :

Et galeam salutis assumite et gladium spiritus quod est verbum Dei :

Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis,

Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Evangelii,

Pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.

Ut autem et vos sciatis quae circa me sunt quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater (meus in Domino), et fidelis minister (prout diaconus mihi ministrans) in Domino (colendo);

Quem misi ad vos in hoc ipsum (obtinendum, scilicet), ut cognoscatis (qualia sunt temporalia) quae circa nos sunt, et (ut) consoletur corda vestra (ne animo deficiatis propter tribulationes quas pro Christo patior).

Pax fratribus et charitas cum fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo.

Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptionem. Amen.

Ut autem et vos sciatis (circumstantias) quae circa me sunt (et) quid agam (in carcere meo), omnia (quae ad me spectant) vobis nota faciet Tychicus charissimus frater (meus in Domino), et fidelis minister (prout diaconus mihi ministrans) in Domino (colendo);

Quem misi ad vos in hoc ipsum (obtinendum, scilicet), ut cognoscatis (qualia sunt temporalia) quae circa nos sunt, et (ut) consoletur corda vestra (ne animo deficiatis propter tribulationes quas pro Christo patior).

Pax (a Deo detur) fratribus (nostris), et charitas (eorum augeatur simul) cum (eorum) fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo.

Gratia (Dei sit) cum omnibus (illis), qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum, (servantes cor suum et observantes cultum ejus) in incorruptionem (seu incorrupte, pure, et sincere). Amen.

FINIS EPISTOLE AD EPHESIOS.

DIRECCION GENERAL

EPISTOLA B. PAULI AD PHILIPPENSES

ARGUMENTUM.

Philippenses a se conversos hortatur Apostolus in hac epistola ut in fide Christi perstent et pergant, nec propter vincula, quibus detinetur, animo deficiant. Illos monet ut a Judaismo et a judaizantibus legalia Mosis servanda esse docentibus caveant, nec magis Simoni Mago et ejus asseclis Christum vere esse crucifixum negantibus assentiantur. Deinde eos hortatur ad virtutes christianas dignas, humilitatem, charitatem et concordiam.

Haec epistola anno Christi 60 scripta fuit, tunc cum in vinculis secunda vice alligatus esset Paulus.

CAPUT PRIMUM.

Apostolus Philippenses ad perseverandum in fide et in bonis operibus, tum verbis tum exemplo suo adhortatur. Gaudet quod Christus, quoquo modo fiat, annuntiatur. Quamvis se dissolvi et esse cum Christo vehementer cupiat, tamen ad eorum consolacionem se mansurum esse significat; eos ad persecutiones ferendas invitat.

Paulus et Timotheus, servi Iesu Christi, omnibus sanctis (seu fidelibus baptizati et credentibus in Christo Iesu, qui (nunc) sunt Philippis, cum (seu simul et) episcopis¹ (seu presbyteris) et diaconibus (optamus ut)

Paulus et Timotheus servi Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus,

¹ Haec nomina Episcopus et Presbyter communia olim erant Episcopi et sacerdotibus.

Ut autem et vos sciatis quae circa me sunt quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater (meus in Domino), et fidelis minister (prout diaconus mihi ministrans) in Domino (colendo);

Quem misi ad vos in hoc ipsum (obtinendum, scilicet), ut cognoscatis (qualia sunt temporalia) quae circa nos sunt, et (ut) consoletur corda vestra (ne animo deficiatis propter tribulationes quas pro Christo patior).

Pax fratribus et charitas cum fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo.

Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

Ut autem et vos sciatis (circumstantias) quae circa me sunt (et) quid agam (in carcere meo), omnia (quae ad me spectant) vobis nota faciet Tychicus charissimus frater (meus in Domino), et fidelis minister (prout diaconus mihi ministrans) in Domino (colendo);

Quem misi ad vos in hoc ipsum (obtinendum, scilicet), ut cognoscatis (qualia sunt temporalia) quae circa nos sunt, et (ut) consoletur corda vestra (ne animo deficiatis propter tribulationes quas pro Christo patior).

Pax (a Deo detur) fratribus (nostris), et charitas (eorum augeatur simul) cum (eorum) fide a Deo Patre et Domino Jesu Christo.

Gratia (Dei sit) cum omnibus (illis), qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum, (servantes cor suum et observantes cultum ejus) in incorruptione (seu incorrupte, pure, et sincere). Amen.

FINIS EPISTOLE AD EPHESIOS.

DIRECCION GENERAL

EPISTOLA B. PAULI AD PHILIPPENSES

ARGUMENTUM.

Philippenses a se conversos hortatur Apostolus in hac epistola ut in fide Christi perstent et pergant, nec propter vincula, quibus detinetur, animo deficiant. Illos monet ut a Judaismo et a judaizantibus legalia Mosis servanda esse docentibus caveant, nec magis Simoni Mago et ejus asseclis Christum vere esse crucifixum negantibus assentiantur. Deinde eos hortatur ad virtutes christianas dignas, humilitatem, charitatem et concordiam.

Haec epistola anno Christi 60 scripta fuit, tunc cum in vinculis secunda vice alligatus esset Paulus.

CAPUT PRIMUM.

Apostolus Philippenses ad perseverandum in fide et in bonis operibus, tum verbis tum exemplo suo adhortatur. Gaudet quod Christus, quoquo modo fiat, annuntiatur. Quamvis se dissolvi et esse cum Christo vehementer cupiat, tamen ad eorum consolacionem se mansurum esse significat; eos ad persecutiones ferendas invitat.

Paulus et Timotheus, servi Iesu Christi, omnibus sanctis (seu fidelibus baptizati et credentibus in Christo Iesu, qui (nunc) sunt Philippis, cum (seu simul et) episcopis¹ (seu presbyteris) et diaconibus (optamus ut)

Paulus et Timotheus servi Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus,

¹ Haec nomina Episcopus et Presbyter communia olim erant Episcopi et sacerdotibus.

Gratia vobis et
pax a Deo Patre
nostro et Domino
Iesu Christo.

Gratias ago Deo
meo in omni me-
moria vestri,

Semper in cun-
ctis orationibus
meis pro omnibus
vobis cum gaudio
deprecationem fa-
ciens,

Super commu-
nicatione vestra
in Evangelio Chri-
sti a prima die
usque nunc,

Confidens hoc
ipsum quia qui
cepit in vobis o-
pus bonum, per-
ficiet usque in
diem Christi Iesu,

Sicut est mihi
justum hoc senti-
re pro omnibus
vobis eo quod ha-
beam vos in cor-
de, et in vinculis
meis et in defen-
sione et confir-
matione Evange-
lii, socios gaudii

Gratia vobis et pax (dentur et serventur)
a Deo Patre nostro et (Filio ejus) Domino
(nstro) Jesu Christo.

Gratias ago Deo meo, in omni memoria
vestri (seu quoties vestri recordor, et)

Semper in cunctis orationibus meis
(quas) pro omnibus vobis (ago), cum gau-
dio deprecationem (et gratiarum actionem
illi sum) faciens,

Super communicatione vestra (qua vos
donavit ut edoceremini) in Evangelio
Christi, (et super compassionem quam con-
ceditis laboribus meis, pro Evangelio sus-
ceptis) a prima die (qua conversi estis)
usque nunc; et ego sum)

Confidens hoc ipsum, (scilicet), quia
(seu quod ille Deus), qui coepit in vobis
(hoc conversionis vestrae) opus bonum,
(illud, vobis gratiae ejus conniventibus),
perficiet, (et vestram perseverantiam con-
firmabit) usque in diem (secundi adven-
tus) Christi Iesu (qui judex vester et vita
vestra christiana remunerator erit). Confido
vos perseveraturos esse, inquam),

Sicut est mihi justum hoc sentire (et
sperare) pro omnibus vobis, eo quod (pro
certo) habeam vos, in corde (seu in mea
memoria, socios et adjutores fuisse in om-
nibus tribulationibus meis) et in vinculis
meis et in defensione et confirmatione
Evangelii (et) socios gaudii mei omnes vos
esse; (unde firmiter spero quod Deus, in

hujus fervoris vestri et charitatis vestrae mei omnes vos
esse.

Testis enim mihi est Deus quomodo (et
quam vehementer) cupiam (seu amem)
vos; (eadem enim dilectione vos pro-
sequor, quae pro vobis efferbuit) in visceri-
bus Jesu Christi: (vestram in Deum et in
me charitatem memorans, illum pro vobis
deprecor)

Et hoc oro ut (haec) charitas vestra,
(quam in promovendo Evangelio necnon
et in compatiendo vinculis meis exhibui-
stis), magis ac magis abundet in (omni)
scientia (rerum fidei et salutis) et in omni
sensu (seu in mente vestra); ita

Ut probetis (et discernatis quae sint)
potiora, (utrum melior et verior sit Simo-
nis Magi et aliorum judaizantium doctri-
na an mea, et) ut sitis sinceri, (fidem
vestram non miscentes haeresi aut Ju-
daismo), et (ambuletis) sine offensa (seu
inoffenso pede in via christiana usque) in
diem (adventus) Christi, (et sitis)
Repleti fructu justitiae, (quem colligere
poteritis) per (solum) Jesum Christum, (et
qui redundabit) in gloriam et (in) laudem
Dei. (Quod ad me et ad mea vincula spe-
cat, nolite eo turbari; e contra)

Scire autem vos volo, fratres, quia (seu
quod (illa mala et vincula), quae circa me
sunt, magis ad profectum venerunt Evan-

Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi:

Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu,

Ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi,

Repleti fructu justitiae per Jesus Christum in gloriam et laudem Dei.

Scire autem vos volo, fratres, quia (seu
quae circa me sunt magis ad pro-

fectum venerunt
Evangelii,

Ita ut vincula
mea manifesta fierent
in Christo in
omni prætorio et
in cæteris omnibus,

Et plures e fra-
tribus in Domino,
confidentes vin-
culis meis, abun-
dantius auderent
sine timore ver-
bum Dei loqui.

Quidam quidem
et propter invidiam
et contentionem,
quidam autem et propter
bonam voluntatem
Christum
prædicant :

Quidam ex chari-
tate, scientes
quoniam in de-
fensionem Evan-
geli positionis sum.

gelii, (nendum meum impedirent ministe-
rium) :

Ita (enim vincitus et afflictus sum), ut
(per hæc) vincula mea (nomen et gloria
Dei) manifesta fierent, (et ut omnes sci-
rent me vinctum esse non propter scelera
sed) in Christo (seu propter Christum, sicut
revera notum est) in omni prætorio
(et in aula Neronis) et in cæteris omnibus
(plateis et vicis Romæ, quæ inde occasio-
nem habuerunt audiendi me loquentem de
fide et de Evangelio Christi, denique)

Et (ut) plures a fratribus (nostris), in
Domino confidentes, (qui me) in vinculis
meis (et eos per vincula mea animavit),
abundantius auderent sine timore verbum
Dei loqui (seu Evangelium prædicare.
Scio quòd non item sit de omnibus prædi-
catoribus quoad Evangelium quod prædi-
cant; nam),

Quidam quidem (ex eis) nonnisi suam
gloriam querent evangelizant propter
se) et propter (nostri) invidiam et (propter
fovendam) contentionem ; quidam autem
sinceri præcones) propter (et secundum)
bonam (et rectam) voluntatem, (scilicet
ad gloriam Dei promovendam), Christum
prædicant. (Illi posteriores)

Quidam ex charitate (et amore Dei et
mei Evangelium prædicant : et) scientes
quoniam (seu quòd in vinculis, nonnisi) in
defensionem Evangelii (coram Nerone
mox faciendam), positionis sum : (ideo co-

nantur per prædicationem suam omnibus
persuadere meam et Evangelii causam
esse justam. Piores)

Quidam autem ex contentione (et frau-
dulenter) Christum annuntiant, non since-
re (nec propter gloriam Dei loquentes ;
sed) existimantes (sunt quòd, quo magis
Evangelium propagaverint, eo majorem a
Nerone, cui dicunt me hujus propagatio-
nis solum auctorem esse, iram et) pres-
suram se (adversus me) suscitare (in) vin-
culis meis ; (et inde sperant quòd, me per
eorum invidiam interrempto, soli evange-
lizabunt. Sed errant qui putant me pro-
pter hoc dolere) :

Quid enim (doloris inde mihi evenire
potest ? Nihil) : dum omni modo, (seu
dummodo enim et quacumque via), sive
per occasionem (seu prætextum) sive per
veritatem (et verum zelum) Christus an-
nuntietur, (ego contentus sum) et in hoc
gaudeo sed et (semper) gaudebo.

Scio enim quia (seu quòd) hoc (eorum
odium, quo mihi Neronis iram conciliare
student), mihi proveniet ad salutem (sive
præsentem sive futuram ; et hanc salutem
mihi proventuram spero) per vestram (pro
me continuam) orationem et (per) submi-
nistrationem (seu donationem gratiae) Spi-
ritus Jesu Christi, (quam vestra oratio pro
me impetrabit; ita mihi fiet)

Secundum expectationem et spem meam,
(qua confido) quia (seu quòd, quidquid ex
iis mihi adveniat), in nullo (modo) con-

stituere alio si
debet deinde
deinde

Quidam autem
ex contentione
Christum annun-
tiant non sincere,
existimantes pres-
suram se suscita-
re vinculis meis.

Quid enim ?
dum omni modo
sive per occasio-
nem sive per ve-
ritatem Christus
annuntietur, et in
hoc gaudeo sed et
gaudebo.

Scio enim quia
hoc mihi prove-
niet ad salutem
per vestram ora-
tionem et submi-
nistrationem Spi-
ritus Jesu Christi, R

Secundum ex-
pectationem et
spem meam quia

in nullo confundar; sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem:

Mibi enim vivere Christus est, et mori lucrum:

Quòd si vivere in carne hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignorō:

Coarctor autem e duobus: desiderium habens dissolvi et esse cum Christo, multo magis melius; permanere autem in carne necessarium propter vos:

Et hoc confidens scio quia manebō et permanebō omnibus vobis ad profectum ve-

fundar, (quia nullius veræ culpæ mihi conscientius sum); sed in omni fiducia (spero quòd), sicut semper, et nunc magnificabitur (et glorificabitur) Christus in corpore meo sive per vitam (meam quam ei, si mihi relicta fuerit, consecrabo), sive per mortem (meam quæ in gloriam ejus proficiet: quid igitur molestiæ mihi inferre possunt, siquidem)

Mibi enim vivere, (id est, vita meæ causa) Christus est (qui mihi lumen et spiritus et vita est tum naturalis tum supernaturalis tum beata in cœlo); et (mihi) mori (potius) lucrum (quam damnum erit, siquidem mors temporalis mihi vitam æternam afferet):

Quòd si (diutius) vivere in carne (mea et) hic (in terra) mihi (bonum) est, (nescio); et quid eligam, (vitamine an mortem), ignorō:

Coarctor autem e duobus, (quæ me utrinque quasi medium premunt, scilicet: ex una parte sum) desiderium habens (per mortem ab hoc corpore) dissolvi et esse (regnans in cœlis) cum Christo, (et hoc) multo magis (desiderandum et mihi) melius (esse videtur; ex altera parte) me permanere autem in (hac mea) carne necessarium (est) propter vos: (dico autem vobis),

Et hoc confidens (et persuasum habens quòd vobis adhuc necessarius sum), scio quia (seu quòd) manebō et permanebō (cum) omnibus vobis, (1º ut vacare queam)

ad profectum vestrum et (ad) gaudium (et solamen) fidei (vestræ, et 2º) strum et gaudium fidei,

Ut gratulatio (et gloriatio) vestra, (qua gloriamini quòd per me ad Christum sitis conversi), abundet in Christo Jesu (qui laudabitur) in me (seu propter me vinculis liberatum et vobis reddendum) per meum adventum iterum ad vos. (Hoc au-

tem)

Tantum (vobis commendo quòd) digne Evangelio Christi, (sicut Christi discipulos decet), conversamini, ut, sive cum (apud vos) venero et videro vos, sive (cum) absens (sum et ero), audiam de vobis quia (seu quòd) statis (omnes), in uno spiritu (quoad fidem et mutuam charitatem) unanimes, (concorditer) collaborantes fidei Evangelii (promovendæ),

Et (ut audiam quòd) in nullo terreamini (periculo vobis) ab adversariis (intentato: moneo enim vos quòd illa persecutio) quæ illis est causa perditionis vobis autem (est causa) salutis, et (quòd) hoc a Deo (sic ordinatum est ad vestram futuram gloriam. Igitur gaudete)

Quia (seu quòd) vobis donatum est pro Christo (seu quoad Christum), non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini,

Idem certamen (pro Evangelio sustinendum) habentes, quale et vidistis (impositum) in me et (quale) nunc audistis

Idem certamen

habentes quale et

vidistis in me et

nunc audistis de de me (in vineulis detendo et virgis cæso).

CAPUT II.

Philippenses ambitione et schismate laborantes incitat Apostolus ad humilitatem et mutuam charitatem, tum exemplo Christi qui propter nos se usque ad mortem humiliavit ideoque exaltatus est, tum ex meo et reverentia Dei qui operatur in nobis velle et perficere prouindeque ipsam salutem. Eos hortatur ut Gentilibus quasi luminaria prælueant. Ait se ad eos missurum Timotheum et Epaphroditum qui eos consolentur et ad profectum incitent.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis,

Si (ali)qua ergo consolatio (expectanda est a christianis) in Christo (adunatis), si (ali)quod solatium (sperandum est ex parte) charitatis (quam alii aliis debemus), si (ali)qua (est) societas spiritus (inter vos), si (ali)qua viscera miserationis (seu aliqua compassio in vobis est ad invicem et speciatim erga me apostolum vestrum hodie pro vobis vincunt; per hanc charitatem, per hunc Spiritum, per hæc viscera vos hoc rogo, scilicet) :

Implete gaudium meum ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes,

Implete gaudium meum, (quo me afficerem copistis per vestram meo ministerio collaborationem, satagendo) ut idem (tam in fide quam in affectu) sapiatis, eamdem (et mutuam) charitatem habentes; (sic estote) unanimes, (ut una eademque anima in omnibus sit; estote) idipsum sentientes (et credentes et amantes),

Nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate (alios) superiores (esse) sibi invicem arbit-

trantes, (unoquoque considerante defectus militate superiores sibi invicem arbitrantes,

Non quæ sua sunt (commoda) singuli (sint) considerantes, sed (ea) quæ sunt (proxima utilitati) aliorum : (uno verbo),

Hoc enim sentite in vobis (ad invicem) quod (visum) et (actum est) in Christo Jesu,

Qui, cum (et quamvis) in forma (et maiestate) Dei (particeps) esset, (et quamvis) non rapinam (se facere legitime) arbitratus est (putando et dicendo) esse se æqualem Deo (siquidem Deo Patri vere æqualis erat, noluit tamen suam producere divinam majestatem) ;

Sed semetipsum exinanivit (adeo ut formam (seu naturam) servi accipiens (fuerit, et) in similitudinem (non apparentem sed substantialem) hominum factus (fuerit), et (præ) habitu (ejus exteriori) inventus (et visus fuerit) ut homo (talis quales sumus) :

Humiliavit semetipsum, (inquam, et) factus est (Patri suo) obediens (non solum usque ad mortem (communem sed) usque (ad) mortem autem crucis; (qua plectebantur servi et infames : hoc autem magno incitamento esse vobis debet : nam)

Propter (hoc autem) quod (se sic humiliavit, a Patre suo glorificatus est; et Deus exaltavit illum, (etiam in quantum homo erat, super omnes Angelos in cœlo); est super omne et donavit illi nomen (Filii Dei, non in eo

Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum ; Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu,

Qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo,

Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo.

Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis;

Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen,

sensu quòd illud Christus nonnisi post resurrectionem suam acceperit, sed quòd solummodo tune in notitia et fama apud homines in toto mundo fuerit illud nomen; quod (adeo elevatum) est super omne nomen,

Ut in nomine
Iesu omne genu
flectatur cœle-
stium, terrestrium
et inferorum,

Et omnis lin-
gua confiteatur
quia Dominus Je-
sus Christus in
gloria est Dei
Patris.

Ut in (hoc) nomine Iesu (invocato) omne genu (et caput et anima) flectatur (tum spirituum) cœlestium (tum creaturarum) terrestrium et (entium) inferorum,

Et omnis lingua (cœlestium, terrestrium et inferorum) confiteatur quia (seu quòd hic) Dominus (noster) Jesus Christus, (in quantum Deus), in gloria (et in essentia Divinitatis) est (cum Deo Patre, et, quatenus homo, exectus sit ad dexteram) Dei (sui) Patris, (non eodem modo quo sancti, sed in eadem gloria ac gloria ipsius Dei. Item de vobis erit; et si instar Jesu humiles estis, cum illo exaltabimini).

Itaque, charis-
simi mei, sicut
semper obedistis
non ut in præsen-
tia mei tantum
sed multo magis
nunc in absentia
mea, cum metu et
tremore vestram
salutem operamini :

Itaque, charissimi mei, (in humilitate et absque contentione, Dei præceptis et consiliis meis obedite) sicut usque nunc semper obedistis, non ut in præsentia mei (seu propter præsentiam meam) tantum, (ut solent discipuli præsente magistro obediere et studere); sed (obedite) multo magis nunc in absentia mea; (et nonnisi) cum metu et tremore vestram salutem operamini, (humiliter animo reputantes vos de gratia et de perseverantia vestra incertos esse):

Deus est enim
qui operatur in

Deus est enim qui operatur in vobis
(quodvis bonum) et velle, (vos per suam

gratiam præveniens et incitans ut libere velitis) et (possitis) perficere (omne quod necessarium est ad vestram salutem; et hoc operatur Deus in vobis) pro (sua ipsius erga vos) bona voluntate (seu juxta beneplacitum suum). Vobis commendavi ut a contentione et inani gloria abstineatis; et ad illud consilium rediens, dico:

Omnia autem facite sine murmurationibus et (sine) hæsitationibus (seu dissidiis, ita)

Ut sitis (cum aliis conversantes) sine (ulla data eis) querela (seu causa querelæ), et (sitis) simplices (et sinceri ut esse debent) filii Dei, sine reprehensione (contra vos legitime suscitata, animo cogitantes quòd vitam agitis) in medio nationis pravæ et perversæ (et in medio hominum tenebris obsitorum), inter quos lucetis (seu lucere debetis) sicut luminaria in (hoc tenebroso) mundo (posita, ut salutis portus illis a vobis demonstretur: insuper estote)

Verbum vitæ, (quod vobis a me tradidest), continentates (et studiose servantes, ne vobis eripiatur et ut illud omnibus integrum ostendere possitis) ad meam gloriam in die (secundi adventus Jesu) Christi, (et ego gloriari possim) quia (seu quòd in curriculo ministerii mei) non in vacuum cucurri, neque, (dum vestræ saluti operam meam dedi), in vacuum laboravi. (Multum enim pro vobis laboravi);

Sed et si (etiam) immolor (et martyrum

vobis et velle et perficere pro bona voluntate,

Omnia autem facite sine murmurati-
onibus et hæsitationibus,

Ut sitis sine querela et sim-
plices filii Dei, sine repre-
hensione, in medio nationis
pravæ et perva-
sæ, inter quos lu-
cetis sicut lumina-
ria in mundo,

Verbum vitæ
continentes ad
gloriam meam in
die Christi, quia
non in vacuum
cucurri neque in
vacuum laboravi. R

Sed et si immo-

lor supra sacrificium et obsequium fidei vestrae, gadeo et congratulor omnibus vobis:

subiturus sum) supra (seu propter vestram fidem quæ est quasi) sacrificium (Deo a me oblatum, et propter) obsequium fidei vestrae (a vobis mihi datum), gadeo et (insuper) congratulor (seu congratulabor) omnibus vobis (quòd martyrium apostoli vestri multo honori et magnæ consolationi erit vobis: propter)

Idipsum (martyrium meum) autem et vos gaudete et congratulamini mihi, (qui moriendo laboris mei mercedem accipiam).

Spero autem in Domino Iesu Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.

Neminem enim habeo tam unanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.

Omnis enim que sua sunt querunt, non quæ sunt Jesu Christi:

Neminem enim habeo tam (pari mecum animo) unanimem, qui (tam) sincera affectione pro vobis (et pro vestra salute) sollicitus sit: (plerique)

Omnis enim (ex his, qui mecum sunt), que sua sunt, (nempe suam quietem, securitatem, commodamque vitam) querunt, non (prius autem querunt ea) quæ sunt (ad majorem gloriam) Iesu Christi; (itaque propter viæ longitudinem et periculum eos non mittam. Quod ad Timotheum autem attinet, hoc duplex documentum seu)

Experimentum autem ejus cognoscite, (primum scilicet), quia (seu quòd, sicut patri inservit) filius, (sic mihi adfuit; et illud secundum de eo documentum habete quòd) mecum servivit (et mihi subministravit) in Evangelio (propagando):

Hunc igitur spero me (posse) mittere ad vos mox (seu statim) ut video (et examinavero circumstantias) quæ circa me sunt (et ad exteriorem hominem spectant, ut vos de iis per eum certiores sitis):

Confido autem (et spero), in Domino (permittente et juvante), quoniam (seu quòd) et ipse (ego) veniam ad vos cito:

Necessarium autem existimavi Epaphroditum (quoque), fratrem et cooperatorem et commilitonem meum, vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ (seu alimentorum vitæ meæ necessariorum), mittere ad vos,

Quoniam quidem omnes vos (videre) desiderabat, et mœstus erat propterea quòd audieratis illum (esse) infirmatum, (et de eo anxii eratis):

Nam et (revera) infirmatus est (etiam) usque ad mortem (proximam); sed Deus misertus est ejus; non solum autem ejus (misertus est), verum etiam et mei; (et sanitatem ei restituit), ne (per ejus mor-

Experimentum autem ejus cognoscite, quia (seu quòd, sicut patri inservit) filius, mecum servivit in Evangelio.

Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut video quæ circa me sunt.

Confido antem in Domino quoniam et ipse veniam ad vos cito:

Necessarium autem existimavi Epaphroditum, fratrem et cooperatorem et commilitonem meum, vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis meæ mittere ad vos,

Quoniam quidem omnes vos (videre) desiderabat, et mœstus erat propterea quòd audieratis illum infirmatum:

Nam et infirmatus est usque ad mortem; sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, ve-

rum etiam et mei,
ne tristitiam su-
per tristitiam ha-
berem.

Festinantius er-
go misi illum ut
viso eo iterum
gaudeatis et ego
sine tristitia sim.

Excipite itaque
illum cum omni
gaudio in Domino;
et ejusmodi cum
honore habetote,

Quoniam pro-
pter opus Christi
usque ad mortem
accessit, tradens
animam suam ut
impleret id quod
ex vobis deerat
erga meum obse-
quium.

tem novam) tristitiam super (multam
aliunde) tristitiam haberem.

Festinantius ergo misi illum (ad vos), ut,
viso eo, iterum gaudeatis, et ego, (qui de
merore vestro mœstus sum), sine (hac)
tristitia sim.

Excipite itaque illum cum omni gaudio
(ut fratrem et patrem vestrum) in Domino;
et (virum christianum) ejusmodi cum ho-
nore (et in pretio) habetote,

Quoniam, propter opus Christi (quod
suscepit cum suo periculo ne pro Christo
incarceratum adire ausus est), usque ad
mortem (morbo lethali) accessit, tradens
animam suam (et suæ vitæ non parcens)
ut (apud me) impleret (et suppleret) id
(subelevationis ministerium) quod ex vobis
(expectare poteram) erga (seu quoad)
meum obsequium, (et quod vosmetipsi
utpote absentes adimplere nequivistis).

CAPUT III.

Judaizantes et hæreticos refutat Apostolus, docetque contra eos
salutem non a lege Mosis sed a Christo incarnato et crucifixo
petendam esse. Docet etiam se non esse perfectum sed tendere ad
perfectionem. Insectatur inimicos crucis Christi.

De cætero, fra-
tres mei, gaudete
in Domino. Ea-
dem vobis scribe-
re mihi quidem
non pigrum, vobis
autem necessa-
rium.

De cætero (seu, quoad id quod superest),
fratres mei, gaudete in Domino (Jesu
Christo qui vobis hanc duplēm de me in
vinculis gaudente et de Epaphrodito bene
valente consolationem impertivit). Eadem
(toties) vobis scribere mihi quidem non

(est) pigrum (seu molestum, præ charita-
te qua vos complector); vobis autem (seu
quoque, illa multoties audire) necessarium
(est, ut inde vigilantiores et tutores eva-
datis contra eos qui vobis insiduntur).

Videte (igitur et nolite audire hos) ca-
nes, (scilicet judaizantes); videte (et no-
lite audire hos) malos operarios, (scilicet,
pseudoapostolos qui Judaismum Christia-
nismo miscere volunt); videte (et a vobis
repellite illos qui vobis carnis) concisionem
(seu circuncisionem tanquam saluti ne-
cessariam imponere præsumunt):

Nos enim (christiani), sumus (vera) cir-
cuncisio (et soli vere circuncisi) qui, (non
confidentes in carne circuncisa, sed in)
spiritu (carnalia desideria et judaicæ cæ-
remonias circuncidentes et resecantes,
spiritualiter) servimus Deo et gloriamur
(in sola fide quam habemus) in Christo
Iesu, et (qui sumus) non in carne (circun-
cisia nec in legis mosaice cæremoniis) fi-
duciam habentes. (Ne putent Judæi me sic
de circuncione præ invidia maledicere),

Quanquam (seu siquidem) ego (quoque,
sicut illi, habeam (unde) confidentiam (et
gloriationem habere possem, si vellem, in
circuncisione) et in carne (et nobilitate et
scientia legis quibus ipsi gloriabantur; et)
si quis alius (judæus) videtur (seu præsu-
mit) confidere in (hac) carne, ego (pariter
et), magis (quidem quam ille, his carneis
commodis gloriari possum. Nam et ego)

Circuncisus (sum, juxta legis præce-

Videte canes,
videte malos ope-
rarios, videte con-
cisionem.

Nos enim su-
mus circuncisio,
qui spiritu servi-
mus Deo et glo-
riamur in Christo
Iesu, et non in
carne fiduciam
habentes;

Quanquam ego
habeam confiden-
tiā et in carne :
si quis alius vi-
detur confidere in
carne, ego ma-
gis :

Circuncisus oc-

rum etiam et mei,
ne tristitiam su-
per tristitiam ha-
berem.

Festinantius er-
go misi illum ut
viso eo iterum
gaudeatis et ego
sine tristitia sim.

Excipite itaque
illum cum omni
gaudio in Domino;
et ejusmodi cum
honore habetote,

Quoniam pro-
pter opus Christi
usque ad mortem
accessit, tradens
animam suam ut
impleret id quod
ex vobis deerat
erga meum obse-
quium.

tem novam) tristitiam super (multam
aliunde) tristitiam haberem.

Festinantius ergo misi illum (ad vos), ut,
viso eo, iterum gaudeatis, et ego, (qui de
merore vestro mœstus sum), sine (hac)
tristitia sim.

Excipite itaque illum cum omni gaudio
(ut fratrem et patrem vestrum) in Domino;
et (virum christianum) ejusmodi cum ho-
nore (et in pretio) habetote,

Quoniam, propter opus Christi (quod
suscepit cum suo periculo ne pro Christo
incarceratum adire ausus est), usque ad
mortem (morbo lethali) accessit, tradens
animam suam (et suæ vitæ non parcens)
ut (apud me) impleret (et suppleret) id
(subelevationis ministerium) quod ex vobis
(expectare poteram) erga (seu quoad)
meum obsequium, (et quod vosmetipsi
utpote absentes adimplere nequivistis).

CAPUT III.

Judaizantes et hæreticos refutat Apostolus, docetque contra eos
salutem non a lege Mosis sed a Christo incarnato et crucifixo
petendam esse. Docet etiam se non esse perfectum sed tendere ad
perfectionem. Insectatur inimicos crucis Christi.

De cætero, fra-
tres mei, gaudete
in Domino. Ea-
dem vobis scribe-
re mihi quidem
non pigrum, vobis
autem necessa-
rium.

De cætero (seu, quoad id quod superest),
fratres mei, gaudete in Domino (Jesu
Christo qui vobis hanc duplēm de me in
vinculis gaudente et de Epaphrodito bene
valente consolationem impertivit). Eadem
(toties) vobis scribere mihi quidem non

(est) pigrum (seu molestum, præ charita-
te qua vos complector); vobis autem (seu
quoque, illa multoties audire) necessarium
(est, ut inde vigilantiores et tutores eva-
datis contra eos qui vobis insiduntur).

Videte (igitur et nolite audire hos) ca-
nes, (scilicet judaizantes); videte (et no-
lite audire hos) malos operarios, (scilicet,
pseudoapostolos qui Judaismum Christia-
nismo miscere volunt); videte (et a vobis
repellite illos qui vobis carnis) concisionem
(seu circuncisionem tanquam saluti ne-
cessariam imponere præsumunt):

Nos enim (christiani), sumus (vera) cir-
cuncisio (et soli vere circuncisi) qui, (non
confidentes in carne circuncisa, sed in)
spiritu (carnalia desideria et judaicæ cæ-
remonias circuncidentes et resecantes,
spiritualiter) servimus Deo et gloriamur
(in sola fide quam habemus) in Christo
Iesu, et (qui sumus) non in carne (circun-
cisia nec in legis mosaice cæremoniis) fi-
duciam habentes. (Ne putent Judæi me sic
de circuncione præ invidia maledicere),

Quanquam (seu siquidem) ego (quoque,
sicut illi, habeam (unde) confidentiam (et
gloriationem habere possem, si vellem, in
circuncisione) et in carne (et nobilitate et
scientia legis quibus ipsi gloriabantur; et)
si quis alius (judæus) videtur (seu præsu-
mit) confidere in (hac) carne, ego (pariter
et), magis (quidem quam ille, his carneis
commodis gloriari possum. Nam et ego)

Circuncisus (sum, juxta legis præce-

Videte canes,
videte malos ope-
rarios, videte con-
cisionem.

Nos enim su-
mus circuncisio,
qui spiritu servi-
mus Deo et glo-
riamur in Christo
Iesu, et non in
carne fiduciam
habentes;

Quanquam ego
habeam confiden-
tiā et in carne :
si quis alius vi-
detur confidere in
carne, ego ma-
gis :

Circuncisus oc-

tavo die, ex genero Israel, de tribu Benjamin, hebreus ex hebreis, secundum legem pharisaeus, ptum), octavo die (post nativitatem meam; et ego ortus sum) ex genere (et stirpe) Israe, ex tribu Benjamin (inter tribus fortissima), hebreus ex hebreis (laudatissimus, tam stricte vivens) secundum legem (ut non tantum judaeus sed etiam) phariseus (essem; imo et)

Secundum aemulationem (meam et zelum meum pro lege fui) persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam, quae in lege (praescripta) est, conversatus (sum) sine (ulla) querela (seu reprehensionis causa adversum me data) :

Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Sed (ea carnis commoda) quae, (dum judaeus essem), mihi (visa) fuerunt (in magno pretio et quasi magna) lucra, haec (a conversione mea) arbitratus sum propter Christum (et quoad salutem prout) detrimenta (et impedimenta: nam)

Veruntamen existimo omnia (haec bona Iudaismi et omnia hujus mundi delectamenta esse tanquam) detrimenta (seu bona minoris valoris) propter (seu comparative ad) eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem (sequendum) omnia detrimentum (seu omnium jacturam libenter) feci; et (etiam ea) arbitrator ut stercora ut Christum lucrifaciam,

Et inveniar in illo (prout ejus membrum), non habens meam (propriam) justitiam quae ex lege est, sed illam quae ex fide est Christi, Jesu quae ex Deo

Jesu Christi; (et haec), quae ex Deo (mannans) est (et super fidem est innixa, sola est) justitia (a me desiderata et omnibus desideranda. Alia omnia, inquam, pro nihilo reproto, dum perveniam) in fide (seu per fidem)

Ad cognoscendum, (tum per hanc fidem tum per experientiam), illum (Jesum Christum et ejus perfectionem), et (ad cognoscendam) virtutem resurrectionis ejus (qua me resurgere faciet), et (ad intelligendum quam mihi sit proficuum participis admitti ad) societatem passionum (et afflictionum) illius; (si enim) configuratus (et conformis fio passioni et) morti ejus, (experiar)

Si quo modo (seu quod isto modo dignus ero) quod inter sanctos et electos Christo) occurram, (cum vocatus ero) ad resurrectionem quae est ex mortuis (olim facienda. Hoc spero),

Non quod (putem quod) jam acceperim (seu apprehenderim) has supra dictas conditiones, nempe hunc mundi contemptum, hunc justitiae apicem, hanc perfectam passionis et resurrectionis Christi cognitionem, neque hanc cum Christo similitudinem; non credo, inquam, sicut plerique inter vos de seipsis credunt, quod has conditions jam impleverim) aut (quod) jam (in his) perfectus sim; sequor autem et toto animo persechor hunc scopum, scilicet), si ali(quo modo) comprehendam (Jesum Christum et vitam et vir-

Ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis ejus et societatem passionum illius, configuratus morti ejus,

Si quo modo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis:

Non quod jam acceperim aut jam perfectus sim; sequor autem si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.

tutes et perfectionem ejus), in quo (seu sicut ego ipse) comprehensus sum a Christo Jesu, cum sua dilectione olim me prævenit et fugientem apprehendit ut ad se traheret. Hanc perfectionem),

Fratres, ego
me non arbitror
comprehendisse ;
unum autem
que quidem re-
tro sunt obli-
vicens, ad ea vero
que sunt priora
extendens me-
ipsum.

Ad destinatum
persequor, ad bra-
vium supernæ vo-
cationis Dei in
Christo Jesu.

Quicunque ergo
perfecti sumus,
hoc sentiamus; et
si quid aliter sa-
pitis, et hoc vobis
Deus revelabit.

Veruntamen ad
quod pervenimus
ut idem sapiamus
et in eadem per-
maneamus regu-
la.

Fratres, ego me non arbitror (jam) com-
prehendisse : unum autem (totus intendo,
hoc scilicet : ea bona opera mea) quæ
quidem retro (seu præterita) sunt obli-
vicens, (ne eorum memoria me superbum
et pigrum faciat), ad ea quæ sunt priora
(seu mihi in futurum facienda) extendens
(sum) me ipsum ; (et ad ea tota mente et
totis viribus incumbens, cursum jam per-
actum non respectans, et)

Ad destinatum (scopum tendens, viam
meam) persecutor (ut perveniam) ad bra-
vium (mihi promissum decreto) supernæ
vocationis Dei, (confidens et nixus) in
Christo Jesu (per quem illud attingere da-
bitur).

Quicunque ergo perfecti (seu perfectio-
nis studiosi) sumus, hoc (idem de nobis)
sentiamus, (scilicet nos nondum perfectio-
nem attigisse); et si quid aliter (ac ego de
perfectione attingenda) sapitis (seu senti-
tis), et (in) hoc (sicut in multis aliis vos
errare) vobis Deus revelabit :

Veruntamen (rediens ad illa, quæ jam
dixi tum de judaizantibus tum de cursu ad
perfectionem, dico nobis curandum esse
ut retineamus illud) ad quod (jam) perve-
nimus, (scilicet), ut idem sapiamus (quoad
Christianismum et simus concordes in

Christi fide et moribus), et (sic) in eadem
(fidei et vitæ) permaneamus regula. (Igi-
tur)

Imitatores mei estote, fratres, (in quan-
tum et sicut ego Christi imitator sum); et
observate (et imitamini quoque) eos qui
ita (in via perfectionis) ambulant, (et) sicut
habetis (nostrum ambulandi exemplar et)
formam (vitæ) nostram.

Multi enim (inter vos aliter quam ego)
ambulant, (Christi crucem negantes, in
otio et in deliciis et in judaicis cæremoniis
viventes), quos sæpe dicebam vobis, (ut)
nunc autem et (iterum) flens dico, inimicos
(esse) crucis Christi ;

Quorum finis, (si pergunt, erit aeternus)
interitus, (siquidem ex iis sunt) quorum
deus venter (seu gula et libido) est, et
(quorum) gloria (seu gloriatio vana desi-
net) in confusione ipsorum (et horum
omnium) qui, (sicut illi, non nisi) terrena
sapiunt (et querunt. Non item de nobis
erit) ;

Nostra autem conversatio (et vitæ ratio
ad cœlestia bona tendit, sicque) in cœlis
est, unde etiam Salvatorem expectamus
Dominum nostrum Jesum Christum

Imitatores mei
estote, fratres, et
observe eos qui
ita ambulant sic-
ut habetis formam
nostram.

Multi enim am-
bulant, quos saepe
dicebam vobis,
nunc autem et
flens dico, inimi-
cos crucis Christi,

Quorum finis in-
teritus, quorum
deus venter est,
et gloria in con-
fusione ipsorum
qui terrena sa-
piunt.

Nostra autem
conversatio in cœ-
lis est, unde etiam
Salvatorem expectamus
Dominum nostrum
Jesum Christum,

Qui reformabit
corpus humiliati-
tis nostræ, config-
urat corpus
humilitatis (et abjectionis) nostræ, (et
reddet illud) configuratum (et conforme)

tionem qua etiam possit subjicere sibi omnia.

corpori (suo gloriose et particeps) claritatis suæ, secundum operationem (potentiae suæ) qua *etiam* possit (seu potest) subjicere sibi omnia (proindeque mortem et corruptionem, ut inde gloriam et incorruptionem corporibus nostris inserat).

ALERE CAPUT IV ET ULTIMUM.
VERITATIS

Philipenses ad concordiam, gaudium, orationem, modestiam, honestatem, omnemque sanctimoniam, hortatur Apostolus. Laudat eorum erga se sollicitudinem et benevolentiam, eosque docet se scire abundare et penuriam pati. Eis bene precatur eosque salutem.

Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic state in Domino, charissimi.

Evodiam rogo et Syntichen deprecor idipsum sapere in Domino.

Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente et cæteris adjutoribus meis, quorum nomina (inscripta) sunt in libro vitae (et electorum. Vos vero)

Itaque, fratres charissimi et desideratissimi, (vos qui, propter vestram in fide constantiam, estis) gaudium meum et corona mea, sic (et eodem modo quo vos docui) state in (fide quam) Domino (debetis, o) charissimi.

Evodiam rogo et Syntichen, (inter quas aliquod dissidium esse audivi), deprecor (ut velint) idipsum sapere (et sentire) in Domino (et juxta leges christianæ charitatis) :

Etiam rogo et te, germane compar (et sincere collega laboris mei), adjuva illas (duas feminas supra dictas) quæ mecum laboraverunt in Evangelio (promovendo) cum Clemente et cæteris adjutoribus meis, quorum nomina (inscripta) sunt in libro vitae (et electorum. Vos vero)

sunt in libro vitae.

Gaudete in (afflictionibus quas pro) Domino (suffertis); iterum (vobis) dico : gaudete, (in memoria revocantes beneficium vocationis vestrae qua vocati estis ad fidem et ad vitam æternam).

Modestia vestra (seu moderatio vitae vestrae et patientia vestra) nota sit omnibus hominibus, (ut eam videntes imitentur), quoniam Dominus prope est (qui mox ejus mercedem dabit vobis).

Nihil (quoad bona aut mala temporalia) solliciti sitis; sed in omni oratione et (frequentissima fervidaque) obsecratione (juncta) cum gratiarum actione (ita instate, ut) petitiones vestrae innotescant (et ascendant) apud Deum :

Et (oro ut) pax Dei, (quæ de bona conscientia procedit et) quæ exsuperat omnem sensum (seu intellectum, omnes dæmonis et carnis et mundi suggestiones repellendo) custodiat corda vestra, et intelligentias vestras (servet) in (fide et gratia quam a) Christo Jesu (acepistis).

De cætero, fratres, quæcumque sunt vera (et christianæ legi doctrinæque conformia), quæcumque (sunt) pudica (seu honesta), quæcumque (sunt) sancta (seu casta et pura), quæcumque (sunt) amabilia (seu ad concordiam promovendam idonea), quæcumque bone famæ (honorem vobis afferre valent), si (ali)qua virtus (vobis se colendam præstat), si qua, (cui) laus (debitur, regula) disciplinæ

Gaudete in Domino semper; iterum dico : gaudete.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus; Dominus prope est.

Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum :

Et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu.

De cætero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus discipline, haec cogitate :

(vobis observandam se obtulerit), hæc cogitate (et in pretio habete. Item)

Quæ et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me, hæc agite; et Deus (qui est auctor et amator) pacis erit vobiscum. (Scio quòd refrigeruerat charitas vestra erga me);

Gavisus sum autem in Domino vehementer quoniam (seu quòd, novo spiritu afflante), tandem aliquando (reviruistis et) refloruitis (et iterum incepistis) pro me (bene) sentire; (et scio quòd nunc erga me sentitis) sicut et (olim) sentiebatis; (ne credatis me hujus erga me frigoris rancorem contra vos servavisse; novi enim quòd aliter) occupati eratis (et mihi subveniendi opportunitatem non habuistis. Hoc),

Non quasi (dolens) propter penuriam (meam) dico: ego enim didici (circumstantiis) in quibus sum (vel iis quæ mihi ad manum sunt) sufficiens (seu contentus) esse;

Scio (quo animo esse debeam, cum Deo placet me) humiliari; scio et (etiam animo esse moderato, cum sinit me) abundare; ubique et in omnibus (a Christo) institutus (et edoctus sum sive) et satiari et esurire, (sive) et abundare et penuriam pati. (Hæc)

Omnia (sustinere) possum, (fretus) in eo (Jesu Christo) qui me confortat.

Veruntamen bene fecistis (pro me et pro vobis, cum fuitis) communicantes (et subvenientes) tribulationi (et egestati) meæ.

Quæ et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me, hæc agite; et Deus (qui est auctor et amator) pacis erit vobiscum.

Gavisus sum autem in Domino vehementer quoniam (seu quòd, novo spiritu afflante), tandem aliquando (reviruistis et) refloruitis (et iterum incepistis) pro me (bene) sentire; (et scio quòd nunc erga me sentitis) sicut et (olim) sentiebatis; (ne credatis me hujus erga me frigoris rancorem contra vos servavisse; novi enim quòd aliter) occupati eratis (et mihi subveniendi opportunitatem non habuistis. Hoc),

Non quasi (dolens) propter penuriam (meam) dico: ego enim didici (circumstantiis) in quibus sum (vel iis quæ mihi ad manum sunt) sufficiens (seu contentus) esse;

Scio (quo animo esse debeam, cum Deo placet me) humiliari; scio et (etiam animo esse moderato, cum sinit me) abundare; ubique et in omnibus (a Christo) institutus (et edoctus sum sive) et satiari et esurire, (sive) et abundare et penuriam pati. (Hæc)

Omnia (sustinere) possum, (fretus) in eo (Jesu Christo) qui me confortat.

Veruntamen bene fecistis (pro me et pro vobis, cum fuitis) communicantes (et subvenientes) tribulationi (et egestati) meæ.

Scitis autem et (recordamini) vos, Philippenses, quòd, in principio Evangelii (vobis a me predicati), quando prefectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti (et suis temporalibus donis non compensavit spiritualia dona quæ a me acceperat), nisi vos soli; (recordor enim)

Quia (seu quòd) et Thessalonicam semel et bis (id quo indigebam) in usum (meum) mihi misistis: (quod vobis in memoriam revoco),

Non quia quæro (aut desidero quòd aliquid mihi sit) datum; sed (ex vestris donis pro vobis metipsis) requiro (seu spero) fructum abundantem (colligendum esse, et a Deo), in ratione vestra (quam ei reddituri estis, computandum fore. Ne autem amplius mei solliciti sitis; nam nunc)

Habeo autem (non solum) omnia (quæ mihi sunt necessaria, sed) et abundo (et) repletus (seu saturus) sum, acceptis ab Epaphrodito (iis donis) quæ (mihi) misistis (et eleemosyna vestra, quam existimo esse quasi sacrificium ascendentis ad cœlum in) odorem suavitatis, (et quasi) hostiam acceptam (et) placentem Deo. (In compensationem vero hujus charitatis vestræ, oro ut)

Deus autem meus implet omne desiderium vestrum secundum divitias suas (et misericordiam suam, ita ut omnibus hujus vitæ necessariis abundetis et insuper ad-

Scitis autem et (recordamini) vos, Philippenses, quòd, in principio Evangelii (vobis a me predicati), quando prefectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli,

Quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis;

Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.

Habeo autem omnia et abundo, repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.

gloria in Christo
Jesu.

Deo autem et Pa-
tri nostro gloria in
sæcula sæculo-
rum. Amen.

Salutate omnem
sanctum in Chri-
sto Jesu.

Salutant vos qui
mecum sunt fra-
tres. Salutant vos
omnes sancti (christiani),
maxime autem (ii) qui de (Neronis) Cæsa-
ris domo sunt.

Gratia Domini
nostrí Jesu Chri-
sti cum spiritu
vestro. Amen.

mittamini in gloria (vitæ futuræ) in Chri-
sto Jesu (seu per Christum Jesum).

Deo autem et Patri nostro (reddatur)
gloria (et gratiarum actio) in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Salutate omnem sanctum (seu christia-
num) in Christo Jesu (baptizatum).

Salutant vos (illi) qui mecum sunt fra-
tres. Salutant vos omnes sancti (christiani),
maxime autem (ii) qui de (Neronis) Cæsa-
ris domo sunt.

Gratia Domini nostri Jesu Christi (sit et
maneat) cum spiritu vestro. Amen.

FINIS EPISTOLÆ AD PHILIPPENSES.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA AD COLOSSENSES

ARGUMENTUM.

Hac epistola Paulus insectatur Simonem Magum ejusque as-
seclas, qui Colassis docebant nos non a Christo sed ab Angelis
mediatoribus Deo reconciliandos esse. Huic dogmati addebant
multas judaicas et gentilitas observationes, nempe dierum et temporo-
rum. Hunc duplarem errorem Paulus redarguit, et deinde cuiilibet
hominum generi dat vitæ et morum documenta, ac demum salu-
tationibus epistolam claudit.

Scripta est anno a Christo 60, Romæ e vinculis et anno vinculo-
rum secundo.

CAPUT PRIMUM.

Colossensibus eorum fidem et charitatem gratulatur Apostolus,
oratque ut in vita christiana crescant, et serviant Deo qui eos
transtulit in Ecclesiam Filii sui. Docet, non Angelos, sed Christum
Dei Filium esse Creatorem rerum omnium et hominum Redempto-
rem caputque Ecclesiæ. Hanc redemptionem ad Gentes se exten-
dere docet, seque apud Gentes Evangelii esse ministrum, atque se
multa pro Christo pati gloriatur.

Paulus Apostolus Jesu Christi, (ad Paulus Apo-
stolatum electus) per voluntatem Dei,
et Timotheus, (meus et vester in Christo)
frater,

Eis, qui sunt Colossi, sanctis et fidelibus
fratribus (baptizatis et sanctificatis) in
Christo Jesu, (optamus ut)

Paulus Apo-
stolus Jesu Christi
per voluntatem
Dei et Timotheus
frater.

Eis qui sunt
Colossi sanctis
et fidelibus fratri-
bus in Christo
Jesu,

gloria in Christo
Jesu.

Deo autem et Pa-
tri nostro gloria in
sæcula sæculo-
rum. Amen.

Salutate omnem
sanctum in Chri-
sto Jesu.

Salutant vos qui
mecum sunt fra-
tres. Salutant vos
omnes sancti (christiani),
maxime autem (ii) qui de (Neronis) Cæsa-
ris domo sunt.

Gratia Domini
nostrí Jesu Chri-
sti cum spiritu
vestro. Amen.

mittamini in gloria (vitæ futuræ) in Chri-
sto Jesu (seu per Christum Jesum).

Deo autem et Patri nostro (reddatur)
gloria (et gratiarum actio) in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Salutate omnem sanctum (seu christia-
num) in Christo Jesu (baptizatum).

Salutant vos (illi) qui mecum sunt fra-
tres. Salutant vos omnes sancti (christiani),
maxime autem (ii) qui de (Neronis) Cæsa-
ris domo sunt.

Gratia Domini nostri Jesu Christi (sit et
maneat) cum spiritu vestro. Amen.

FINIS EPISTOLÆ AD PHILIPPENSES.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA AD COLOSSENSES

ARGUMENTUM.

Hac epistola Paulus insectatur Simonem Magum ejusque as-
seclas, qui Colassis docebant nos non a Christo sed ab Angelis
mediatoribus Deo reconciliandos esse. Huic dogmati addebant
multas judaicas et gentilitas observationes, nempe dierum et temporo-
rum. Hunc duplarem errorem Paulus redarguit, et deinde cuiilibet
hominum generi dat vitæ et morum documenta, ac demum salu-
tationibus epistolam claudit.

Scripta est anno a Christo 60, Romæ e vinculis et anno vinculo-
rum secundo.

CAPUT PRIMUM.

Colossensibus eorum fidem et charitatem gratulatur Apostolus,
oratque ut in vita christiana crescant, et serviant Deo qui eos
transtulit in Ecclesiam Filii sui. Docet, non Angelos, sed Christum
Dei Filium esse Creatorem rerum omnium et hominum Redempto-
rem caputque Ecclesiæ. Hanc redemptionem ad Gentes se exten-
dere docet, seque apud Gentes Evangelii esse ministrum, atque se
multa pro Christo pati gloriatur.

Paulus Apostolus Jesu Christi, (ad Paulus Apo-
stolatum electus) per voluntatem Dei,
et Timotheus, (meus et vester in Christo)
frater,

Eis, qui sunt Colossi, sanctis et fidelibus
fratribus (baptizatis et sanctificatis) in
Christo Jesu, (optamus ut)

Paulus Apo-
stolus Jesu Christi
per voluntatem
Dei et Timotheus
frater.

Eis qui sunt
Colossi sanctis
et fidelibus fratri-
bus in Christo
Jesu,

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes,

Audientes fidem vestram in Christo Jesu et dilectionem quam habetis in sanctos omnes,

Propter spem quae reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Evangelii,

Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo (perventum) est et fructificat et crescit, sicut (fructificat) in vobis ex ea die qua (illud) audistis et (qua) cognovistis gratiam Dei, (nempe gratiam redemptionis et salutis a Christo vobis allatam et annuntiatam) in (omni) veritate; (gaudeo et gratias ago Deo quod eam gratiam colere et integrum servare pergitis),

Sicut didicistis ab Epaphra, charissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis

Gratia vobis et pax (dentur et serventur) a Deo Patre nostro et (a) Domino (nstro) Jesu Christo. Gratias agimus Deo (omnipotenti) et Patri Domini nostri Jesu Christi; et sumus) semper pro vobis orantes, (ex quo fuimus ab Epaphra)

Audientes (ardentem esse) fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis (et exercetis) in sanctos omnes (tam urbis vestrae incolas quam aliarum gentium advenas; gratias ago Deo pro vobis, inquam, quod eam charitatem exercetis non philanthropice sed)

Propter spem (mercedis) quae vobis (a Deo) reposita est in cœlis, (et) quam (vobis reservatam esse) audistis in verbo veritatis, (id est, per prædicationem) Evangelii

Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo (perventum) est et fructificat et crescit, sicut (fructificat) in vobis ex ea die qua (illud) audistis et (qua) cognovistis gratiam Dei, (nempe gratiam redemptionis et salutis a Christo vobis allatam et annuntiatam) in (omni) veritate; (gaudeo et gratias ago Deo quod eam gratiam colere et integrum servare pergitis),

Sicut (eam accepistis et) didicistis ab Epaphra, charissimo (et nunc in vinculis nostris) conservo nostro, qui est fidelis (etiam) pro vobis minister Christi Jesu (in eo dupli modo quod vobis in rebus

ad Christum pertinentibus ministravit et minister Christi me de rebus vestris monitum fecit; ipse Jesu, est enim

Qui etiam manifestavit (et notam, nobis (fecit) dilectionem vestram, (quam erga me et alios christianos exercetis) in Spiritu (sancto vobis eam inspirante).

Ideo et nos, ex qua die (de vestra charitate illum loquentem) audivimus, non cessamus (esse) pro vobis orantes et (a Deo) postulantes ut impleamini agnitione voluntatis (et beneplaciti) ejus (Dei, cuius voluntas vobis imperfecte hucusque nota est; oro, inquam, ut erudiamini) in omni sapientia (divina) et intellectu spiritali, ita

Ut ambuletis digne Deo, per omnia (media et in omnibus rebus ei) placentes, in omni opere bono fructificant, et crescentes in scientia (beneplaciti) Dei; ambulate

In omni virtute (et fortitudine) confortati secundum potentiam claritatis (seu potentiam claram et gloriosam) ejus (Dei, qua præcipue se ostendit) in omni patientia et longanimitate (quam nobis communicat): cum gaudio (estote)

Gratias agentes Deo Patri qui, (absque ullo merito vestro et nostro), dignos nos (et vos) fecit (admitti) in partem (seu participationem) sortis sanctorum (et electorum, nos illuminans) in lumine (Evangelii, et)

Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu.

Ideo et nos ex qua die audiimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia et intellectu spiritali,

Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificant, et crescentes in scientia Dei,

In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate, cum gaudio,

Gratias agentes Deo Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine,

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transstulit in regnum Filii dilectionis sue.

In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum;

Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creature,

Quoniam in ipso condita sunt universa in celis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt;

Et ipse est ante omnes et omnia in ipso constant.

Qui (per mortem Jesu Christi) eripuit nos de potestate tenebrarum (ignorantiae aut infidelitatis), et (nos) transtulit in regnum (lucidissimum hujus) Filii dilectionis sue, (qui est vera lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, et)

In quo (solo) habemus redemptionem (nobis acquisitam) per sanguinem ejus, remissionem, (inquam, omnium nostrorum) peccatorum: (gratias, inquam, Deo Patri agamus quod vocavit nos in participationem redemptionis hujus Christi Jesu),

Qui est imago (perfecta) Dei (sui Patris nobis) invisibilis, (et qui, in quantum Dei Filius, est) primogenitus (seu genitus ante creationem) omnis creature. Eum appello primogenitum, et hoc meritò,

Quoniam in ipso, (id est, per ipsum) condita (et creata) sunt universa (quae continentur) in celis et in terra, (omnia) visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, (sive Angeli, qui, contra Simonis Magi et ejus asseclarum opinionem, ab ipso creati sunt; denique ille est, de quo credere et dicere debemus quod) omnia per ipsum (utpote causam efficientem cum Patre), et in ipso (ubique per essentiam et potentiam suam praesente), creata sunt,

Et (quod) ipse est ante omnes (Angelos et quaslibet creature) et (quod) omnia in ipso constant (seu consistunt et conservantur),

Et (quod) ipse est caput corporis Ecclesiae, (et quod ipse est) principium (seu princeps et omnium præcipuus etiam quatenus homo, 1º situ, utpote super omnes celos elevatus, 2º dignitate, utpote principatum tenens, 3º tempore et causalitate in eo sensu quod ipse sibi corpus seu Ecclesiam formavit, et quod principium est omnium virtutum quae in ea videntur; insuper ipse est) primogenitus¹ (seu primus) ex mortuis (qui ad vitam immortalis resurrexit, ita) ut sit in omnibus ipse primatum tenens (tam in creatione quam in resurrectione; et hoc ita est),

Quia in ipso complacuit (Deo ipsius Patri) omnem plenitudinem (seu perfectiōnem) tum gratiae tum sapientiae, tum potestatis, tum denique ipsius divinitatis), inhabitare (non tantum per vim et operationem sed etiam per suam essentiam),

Et (quia Deo placuit) per eum reconciliare omnia (et omnes homines) in ipsum (seu cum seipso), pacificans (et pacem stabiliens) per sanguinem ejus (inter Angelos et homines ob peccatum inter se inimicos, sic reconcilians) sive quae in terris sive quae in celis sunt.

Et vos (ipsi), cum essetis aliquando (a Deo) alienati et (ei) inimici (præ) sensu

Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens;

Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare,

Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in celis sunt.

Et vos, cum es-

setis aliquando

¹ Christus primus fuit resurgens ex mortuis, tum ex illis qui a prophetis veteris testamenti et a Christo ipso ad vitam non nisi temporalem et iterum amittendam revocati sunt, tum ex illis qui die resurrectionis ejus, post illum immediate resurrexerunt ut cum illo die ascensionis ejus intrarent in vitam aeternam, non solum quoad animas sed etiam, iuxta theologorum gravium sententiam, cum corporibus suis, (Vide auctorem de Vita boni latronis)

alienati et inimici
sensu in operibus
malis,

Nunc autem re-
conciliavit in cor-
pore carnis ejus
per mortem, ex-
hibere vos sanctos
et immaculatos
et irreprehensibi-
les coram ipso,

Si tamen per-
manetis in fide
fundati et stabili-
tes, et immobiles
a spe Evangelii
quod audistis,
quod prædicatum
est in universa
creatura quæ sub
celo est; cuius
Paulus minister (et
præparator, ego,
in-
quam),

Qui nunc gau-
deo in passioni-
bus pro vobis, et
adimpleo ea quæ
desunt passionum
Christi in carne
mea pro corpore
ejus quod est Ec-
clesia,

Cujus factus
sum ego minister
secundum dis-

(vestro perverso et vestra prava voluntate
quæ versabantur) in operibus malis, (vo-
bis Christus pepercit et)

Nunc autem (vos Deo) reconciliavit in
(immolato) corpore carnis ejus, (vos) per
mortem (suam redimens ut posset Deo
Patri suo) exhibere vos sanctos et immacu-
latos et irreprehensibles coram ipso; (et
ita eritis).

Si tamen permanetis in fide fundati et
(in ea estis) stabiles et immobiles, (et nun-
quam amoti) a spe (bonorum quæ vobis
promittit lex) Evangelii quod audistis (et)
quod prædicatum est in universa creatura
(seu terra) quæ sub celo est; cuius
(Evangelii, etsi indignus), factus sum ego
Paulus minister (et præparator, ego, in-
quam),

Qui nunc, (adeo certa est hæc spes
Evangelii), gaudeo in passionibus (quas)
pro vobis (sustineo), et (qui) adimpleo, (in
quantum corporis Christi membrum sum),
ea quæ desunt (integritati) passionum
Christi, (quæ certo fuerunt per se suffi-
cientes redemptioni totius mundi, sed in-
completae relative ad corpus ejus in quo
etiam Christus debet pati; et hæc est
pars passionis quam ego adimpleo) in
carne mea pro (solvendo quod debeo tan-
quam membrum adunatum in) corpore
ejus quod est Ecclesia,

Cujus factus sum ego (non solummodo
membrum, ut dixi, sed etiam) minister
secundum (seu ad faciendam) dispensatio-

nem (donorum) Dei quæ data (et credita)
est mihi (ut eam) in vos (impertiar, et), ut
impleam (missionem prædicandi (verbum
Dei (quam coepit Christus; quod facere
nitor, vobis prædicando hoc)

Mysterium (verbi Dei) quod abscondi-
tum (et incognitum) fuit a sæculis et ge-
nerationibus (præcedentibus et) nunc au-
tem manifestatum est (per prædicationem)
sanctis ejus (seu fidelibus novi Testamen-
ti),

Quibus voluit Deus notas facere divitias
gloriae (seu gloriam bonis spiritualibus
abundantem) sacramenti (seu mysterii
hujus, quod) in Gentibus (præcipue notum
facere dignatus est, et) quod (objective)
est Christus in (quo pro) vobis (reposita)
est spes glorie (futuræ et vitæ æternæ.
Ille et Christus)

Quem nos annuntiamus, corripientes (et
per eum castigantes) omnem hominem et
(simil) docentes omnem hominem in
omni sapientia (et cognitione religionis
christianæ), ut exhibeamus (seu redda-
mus) omnem hominem perfectum (et ap-
prime instructum) in (his quæ a) Christo
Iesu (fidei nostræ commendantur. Hic est
scopus)

In quo (assequendo omnibus viribus
meis incumbo) et labore, (decertans) se-
cundum operationem (et efficaciam gra-
tiae ejus quam operatur (seu infudit) in
me (suggerens mihi igneam charitatem,

pensationem Dei,
quæ data est mihi
in vos ut impleam
verbum Dei,

Mysterium quod
absconditum fuit
a sæculis et gene-
rationibus, nunc
autem manifesta-
tum est sanctis
ejus,

Quibus voluit
Deus notas facere
divitias gloriae
sacramenti hujus
in Gentibus, quod
est Christus in
vobis spes glorie,

Quem nos an-
nuntiamus, cor-
ripientes omnem
hominem et do-
centes omnem ho-
minem in omni
sapientia, ut ex-
hibeamus omnem
hominem perfe-
ctum in Christo
Iesu,

In quo et la-
bore certando
secundum opera-
tionem ejus quam
operatur in me in
virtute.

qua Evangelium) in virtute (irresistibili
praedico).

CAPUT II.

Colossenses horlatutus Apostolus ut in fide et charitate firmentur. Judaizantium somniis opponit Christum, in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis. Nos non carne sed spiritu circuncidendos esse docet. Declarat Christum delevisse chirographum decreti quo damnabamur, et consequenter judaicas cærenomias abrogasse. Non fictam Angelorum sed veram Christi religionem sectandam esse docet.

(Dixi me pro fidelibus multum laborare);

Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro iis qui sunt Laodiciæ et pro iis, (quicunque sint), qui (sicut vos), non viderunt faciem meam in carne (seu carnalem : multo ardore ex-
cepto)

Ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitione mysterii Dei Patris et Christi Jesu,

Ut consolentur (seu consolationem accipiant) corda ipsum ; (quæ consolatio eis eveniet, cum) instructi (et compacti erunt) in charitate (et stabiliti erunt) in omnes divitias plenitudinis intellectus (seu in plena et largissima intelligentia et) in (perfecta) agnitione mysterii Dei, (quatenus omnium hominum) Patris, et Christi Jesu (quatenus omnium Redemptoris : id est, consolationem corda ipsum accipient, cum instructi erunt tum charitate tum plena persuasione mysteriorum fidei, quæ pertinent ad veram agnitionem Dei Patris et Filii ejus Christi),

In quo, (et non in Simone nec in Gnosti-
cis), sunt omnes thesauri sapientiae et
(veræ) scientiae absconditi (seu contenti).

Hoc autem (vobis) dico, ut nemo (isto-
rum pseudodoctorum) vos decipiat (falsis
ratioincationibus, nec) in sublimitate (so-
phistica) sermonum (in quibus sublimia
jactant de cœlo, de matre Angelorum, de
Angelis, et de Oeonibus seu sœculis quibus
personam et sexum et fœcunditatem et
propagationem divinitatis tribuunt; quæ
deception, si vos invaderet, mihi magno
moerori esset) ;

Nam etsi corpore (a vobis) absens sum,
(non ideo parum de vobis euro); sed (e
contra in) spiritu (et per charitatem) vo-
biscum sum, gaudens (quod audiens sum)
et videns ordinem vestrum (quo apud vos
omnia bene et juxta præscriptum ordinem
fiunt), et (quod audivi quam solidum sit)
firmamentum ejus (columnæ), quæ in
Christo (nititur, nempe) fidei vestræ.

Sicut ergo accepistis (et creditis ea quæ
ad) Jesum Christum Dominum (pertinent),
in (hoc) ipso (doctore et juxta ejus doctri-
nam) ambulate, (ut)

Radicati et superædificati in ipso (sitis
et maneatis), et confirmati in (ejus) fide,
(et secundum hanc fidem ambulantes
sitis) sicut et (jam antea ambulare) didi-
cistis, (et magis ac magis) abundantes in
(cognitione quam de) illo (habere vos de-
bet, et ea cognitione utentes) in gratiarum
actione. (Itaque),

In quo sunt om-
nes thesauri sa-
pientiae et sci-
entiae absconditi :

Hoc autem dico
ut nemo vos de-
cipiat in sublimi-
tate sermonum :

Nam etsi] cor-
pore absens sum,
sed spiritu vobis-
cum sum, gau-
dens et videns
ordinem vestrum
et firmamentum
ejus quæ in Chri-
sto est fidei ve-
stræ.

Sicut ergo ac-
cepistis Jesum
Christum Domi-
num, in ipso am-
bulate,

Radicati et su-
perædificati in
ipso, et confirmati
fide, sicut et di-
dicistis, abundan-
tes in illo in gra-
tiarum actione.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum;

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,

Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis;

In quo et circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi,

Conseptuli ei in baptismo in quo et resurrexisti per fidem operationis Dei qui suscitavit illum a mortuis:

Videte ne quis vos decipiat (et seducat) per (hanc pseudodoctorum falsi nominis) philosophiam et inanem fallaciam, (non a Deo inspiratam sed) secundum traditionem (perversorum) hominum (confictam et ratiocinantem) secundum elementa (et axiomata) mundi (seu mundanæ philosophiae) et non secundum Christum, (qui est vera lux mundi). Huic et soli luci, nempe Christo, adhærere debemus,

Quia in ipso (solo) inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (per naturæ divinæ et naturæ humanæ unionem),

Et (quia) estis in illo (solo scientia aliisque donis) repleti, (utpote ei adunati) qui est caput omnis principatus et potestatis (et omnium Angelorum; illi igitur, et non Angelis quos inducit Simon, inhærete; insuper ille est)

In quo (per baptismum renati) et circuncisi estis circuncisione, non manu facta (quæ consistit) in expoliatione (et incisione solius) corporis carnis (seu carnei), sed (in) circuncisione Christi (quæ animam a peccatis præscindit et circuncidit. Insuper fuitis)

Conseptuli ei (Christo) in baptismo, in quo (mortui estis peccato) et (ad novam vitam) resurrexisti per fidem, (qua creditis in efficaciam et potentiam) operacionis (gratiæ) Dei, qui (hanc resurrectionem in vobis operatus est eadem potentia qua) suscitavit illum (Jesum Christum) a mortuis. (Ille idem est Jesus qui)

Et vos, cum mortui essetis (et quasi sepulti) in delictis (vestris) et (in moribus gentilium, dum viveretis sub) præputio carnis vestræ, (per gratiam suam) convivificavit cum illo (seipso, vos vitæ suæ participes efficiens, et) donans (seu condonans vobis) omnia delicta (vestra. Vos et nos ad vitam revocavit et a damnatione solvit, inquam),

Delens (sanguine suo illud) quod erat (latum) adversus nos, (nempe) chirographum decreti (divini) quod (propter peccata nostra) erat contrarium nobis (et nos ad mortem æternam condemnabat; illud Christus laceravit) et ipsum tulit de medio (seu sustulit et abolevit), affigens illud cruci (suæ ut illud perforaret et ad nihilum redigeret);

Et, (per hujus chirographi destructionem) expolians principatus et potestates (tenebrosas tyrannica dominatione quam exercebant in homines, sibi hoc chirographo obligatos et subditos, illos principatus) traduxit (seu circunduxit) confidenter (et sine metu coram Deo et Angelis in triumpho), palam (et audacter) triumphans (et dominans) illos in semetipso (seu per semetipsum. Unde Christus certo magister vester factus est, et nullus alias);

Nemo ergo (sive philosophus sive judaians) vos judicet (et reprehendat) in cibo aut in potu, (nec vos cogat ad delectum

S. Paul compris à livre ouvert.

Et vos, cum mortui essetis in delictis et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo donans vobis omnia delicta,

Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci,

Et expolians principatus et potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.

Nemo ergo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi,

aut neomeniæ aut
sabbatorum

Quæ sunt umbra
futuorum, cor-
pus autem Chri-
sti.

Nemo vos sedu-
cat, volens in hu-
militate et reli-
gione Angelorum,
quæ non vidit
ambulans, frustra
inflatus sensu car-
nis suæ,

Et non tenens
caput ex quo to-
tum corpus per
nexus et conjunc-
tiones submini-

aut abstinentiam ciborum et potuum
lege judaica præscriptorum aut vetitorum), aut (vos inquietet) in (hac) parte, (scilicet, talis vel talis) diei festi (obser-
vandi), aut (quoad observationem) neo-
meniæ (seusolemnitatis annuæ) aut sabbato-
rum (Judaicorum),

Quæ (nihil aliud) sunt (quam) umbra
futuorum (mysteriorum quæ adimplenda
erant in Christo venturo, proindeque per
Christum adventum abolita sunt; quoad
haec omnia legalia judaica nemo vos sedu-
cat, inquam, o vos, qui estis verum et
adimpletum) corpus autem Christi. (Insuper et propter eamdem rationem)

Nemo vos seducat, volens (vos alliceret)
in (ficta) humilitate (ad mutandam fidem
vestram pro falsa) et (vana) religione An-
gelorum (quibus, prout inter Deum et nos
internuntiis, loco Christi utuntur et vos
uti volunt, sub illo prætextu quod super-
bum est Deum immediate rogare aut quod
inutile est ad Christum confugere; nolite
credere, inquam, iis somniis) quæ non
vidit (ullus eorum pseudodoctorum, tam
fastuose in iis) ambulans (et de iis disser-
rens tanquam si ea vidisset et esset e cœlo
delapsus, dum est tantummodo) frustra
(et inaniter) inflatus (præ superbia et) sen-
su carnis suæ (seu sua carnali mente),

Et non (est) tenens (seu agnosce-
ns Christum ut Ecclesiæ) caput; ex quo
(Christo tamen) totum (Ecclesiæ) corpus,
per nexus (suos) et conjunctiones (suas)

subministratum et constructum (seu con-
nexum, accipit spiritum quo vivificatur
et crescit in (seu per) augmentum (fidei
et gratiæ) Dei; (sicut spiritus vitalis qui,
ad vitam physicam sensum et motum
necessarius, a capite in totum corpus per
nervos et articulos diffunditur et sic sin-
gulis membris facultatem sentiendi et mo-
vendi impertitur. Illi igitur soli Christo,
capiti vestro, et non aliis inhærete: nam)

Si ergo mortui estis cum Christo (et se-
parati) ab elementis (seu a philosophia et
sapientia) hujus mundi, quid (seu cur)
adhuc, tanquam (si in his elementis) vi-
ventes (esse velitis), in (hoc) mundo (et
secundum hæc mundi principia naturalia
decernitis (seu vos dogmatizari sinitis a
magistris vestris, qui vobis dicunt):

Ne (uxorem) tetigeritis, neque (vinum
aut carnem) gustaveritis, neque (hoc im-
mundum) contrectaveritis, (quia hæc a
malis angelis creata sunt proindeque bonis
Angelis displicant. Nolite observare hæc
præcepta quoad alimenta et alia hæc lega-
lia),

Quæ (destinata) sunt omnia (et eadunt)
in interitu ipso (eorum) usu, (et non pro-
hibentur nisi) secundum præcepta et do-
ctrinas hominum (non vero secundum le-
gem Dei; et nolite credere præceptis hu-
jus novæ religionis)

Quæ, (si leviter examinantur), sunt (ali-
quam) rationem (seu speciem) habentia
sapientiæ, (ut, verbi gratia, abstinentia a

stratum et con-
structum crescit
in augmentum
Dei.

Si ergo mortui
estis cum Christo
ab elementis hu-
jus mundi, quid
adhuc tanquam
viventes in mun-
do decernitis?

Ne tetigeritis
neque gustaveri-
tis neque contre-
ctaveritis,

Quæ sunt omnia
in interitum ipso
usu secundum
præcepta et do-
ctrinas hominum,

Quæ sunt ratio-
nem quidem ha-
bentia sapientiæ
in superstitione et

humilitate, et non ad parcendum corpori non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

carnibus si propter humiliandam animam et castigandum corpus ad Dei cultum referatur; sed non item de iis quæ ad Angelorum cultum assignantur a pseudodoctoribus et quæ non fiunt nisi) in superstitione et (in ficta) humilitate (qua, dum ita se extra et contra naturæ ordinem se mortificant et abstinent) ad non parcendum corpori, (corpori suo injuriam inferunt, illud negligentes plus æquo et) non (habentes) in honore aliquo (quem ei debent, siquidem illud fraudant eib[us] quo indiget) ad saturitatem carnis: (atqui hic honor corporis saluti debetur; ergo non est secundum Deum, qui vult salutem corporis, hæc religio quæ suum corpori debitum honorem denegat).

CAPUT III.

Colossenses ad studium rerum cœlestium et ad mortificationem vitiorum hortatur Apostolus, deinde ad renovationem mentis et ad patientiam. Præcipue commendat ut charitatem colant et omnia ad Dei gloriam referant. Eis inculcat obedientiam, quantu[m] uxoris maritis et filii parentibus et servi dominis præstare debent.

(Dixi vos consurrexisse in Christo);

Igitur si consurrexistis cum Christo (per baptismum, nunc et deinceps res cœlestes quæ sursum sunt querite, (et cor vestrum elevate in cœlum) ubi Christus est in dextera Dei sedens (et vobis locum parans. Ea),

Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite ubi Christus est in dextera Dei sedens;

Quæ sursum sunt, (omni mente et sollicitudine) sapite, non (autem ea bona) quæ (sunt deorsum et) super terram. (Mundo et rebus mundanis)

Mortui enim estis; et vita vestra, (qua nunc gratia Dei vivitis et qua gloriam futuram expectatis, nunc) est (mundi oculis) abscondita (et quasi clausa) cum Christo (qui est auctor hujus duplicitis vitæ et cum quo vivitis) in Deo :

Cum autem Christus (in die judicii) apparuerit, (ille Christus, inquam, qui est) vita vestra (et causa tam gratiæ quam gloriæ), tunc et vos apparebitis (resplendentes) cum ipso in gloria. (Vita vestra est quasi hiems, in qua sol, nempe Christus, occultatur; vos estis quasi arbores exterioris aridæ et sine fronde aut decore, sed interioris radicem vivam habentes in terra vitali: veniet aestas, qua sub solis radiis revirescetis et fructus dabitis vitales, scilicet, dotes beatitudinis tam in corpore quam in anima; ea autem conditione cum Christo triumphabitis, si peccato mortui fueritis).

Mortificate ergo membra vestra, quæ (facta) sunt (quasi membra veteris hominis) super terram (affixa, et cor vestrum inclinans ad terrenos affectus, nempe ad fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam quæ est simulacrorum servitus (in eo sensu quod voluptatum amatores eas colunt ut deas; hæc omnia fugite)

Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo;

Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam quæ est simulacrorum servitus,

humilitate, et non ad parcendum corpori non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

carnibus si propter humiliandam animam et castigandum corpus ad Dei cultum referatur; sed non item de iis quæ ad Angelorum cultum assignantur a pseudodoctoribus et quæ non fiunt nisi) in superstitione et (in ficta) humilitate (qua, dum ita se extra et contra naturæ ordinem se mortificant et abstinent) ad non parcendum corpori, (corpori suo injuriam inferunt, illud negligentes plus æquo et) non (habentes) in honore aliquo (quem ei debent, siquidem illud fraudant eib[us] quo indiget) ad saturitatem carnis: (atqui hic honor corporis saluti debetur; ergo non est secundum Deum, qui vult salutem corporis, hæc religio quæ suum corpori debitum honorem denegat).

CAPUT III.

Colossenses ad studium rerum cœlestium et ad mortificationem vitiorum hortatur Apostolus, deinde ad renovationem mentis et ad patientiam. Præcipue commendat ut charitatem colant et omnia ad Dei gloriam referant. Eis inculcat obedientiam, quantu[m] uxoris maritis et filii parentibus et servi dominis præstare debent.

(Dixi vos consurrexisse in Christo);

Igitur si consurrexistis cum Christo (per baptismum, nunc et deinceps res cœlestes quæ sursum sunt querite, (et cor vestrum elevate in cœlum) ubi Christus est in dextera Dei sedens (et vobis locum parans. Ea),

Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite ubi Christus est in dextera Dei sedens;

Quæ sursum sunt, (omni mente et sollicitudine) sapite, non (autem ea bona) quæ (sunt deorsum et) super terram. (Mundo et rebus mundanis)

Mortui enim estis; et vita vestra, (qua nunc gratia Dei vivitis et qua gloriam futuram expectatis, nunc) est (mundi oculis) abscondita (et quasi clausa) cum Christo (qui est auctor hujus duplicitis vitæ et cum quo vivitis) in Deo :

Cum autem Christus (in die judicii) apparuerit, (ille Christus, inquam, qui est) vita vestra (et causa tam gratiæ quam gloriæ), tunc et vos apparebitis (resplendentes) cum ipso in gloria. (Vita vestra est quasi hiems, in qua sol, nempe Christus, occultatur; vos estis quasi arbores exterioris aridæ et sine fronde aut decore, sed interioris radicem vivam habentes in terra vitali: veniet aestas, qua sub solis radiis revirescetis et fructus dabitis vitales, scilicet, dotes beatitudinis tam in corpore quam in anima; ea autem conditione cum Christo triumphabitis, si peccato mortui fueritis).

Mortificate ergo membra vestra, quæ (facta) sunt (quasi membra veteris hominis) super terram (affixa, et cor vestrum inclinans ad terrenos affectus, nempe ad fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam quæ est simulacrorum servitus (in eo sensu quod voluptatum amatores eas colunt ut deas; hæc omnia fugite)

Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo;

Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam quæ est simulacrorum servitus,

Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis :

In quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis in illis :

Nunc autem deponite et vos (hæc) omnia (alia vitia, nempe) iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, (et) turpem sermonem (avertite) de ore vestro : (insuper)

Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum,

Ubi non est Gentilis et Judæus, circuncisio et præputium, barbarus et Scytha, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus.

Induite vos er-

Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis : (hæc vitia fugite, inquam),

In quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis in illis :

Nunc autem deponite et vos (hæc) omnia (alia vitia, nempe) iram, indignationem, malitiam, blasphemiæ, turpem sermonem (avertite) de ore vestro : (insuper)

Nolite mentiri (ad) invicem, (mutuis fraudibus vos circunvenientes; sed estote) expoliantes vos (et exuentes) veterem hominem cum (perversis) actibus suis ; (estote)

Et induentes novum (hominem, scilicet) eum qui, (vitia deponens et studens virtuti de die in diem) renovatur (et crescit) in (perfectam) agnitionem (voluntatis Dei, et magis ac magis seipsum informat) secundum imaginem ejus (Dei) qui creavit illum (et Christi qui illum redemit).

Ubi, (seu quoad hanc renovationem), non (attendendum) est (utrum quis sit) Gentilis et (seu aut) Judæus, (utrum circuncisio (in eo facta sit) et (seu aut) præputium (servaverit, utrum sit) barbarus et (seu aut barbarior) Scytha, (utrum sit) servus et (seu aut) liber; sed omnia (simil, id est omnis sanctitas, justitia; et religio) in omnibus (renovatis est) Christus, (et omnes renovati in Christo sunt).

Induite vos ergo, sicut electi Dei (sicut)

sancti et (dilecti, induite, inquam), viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam (seu mansuetudinem, et) patientiam, (ita ut sitis)

go, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam,

Demas enim me reliquit, (quia) diligens (erat) hoc sæculum (et sua privata comoda Evangelio præponens), et abiit Thessaloniam ;

Crescens in Galatiam. Titus in Dalmatiæ.

Crescens (autem abiit) in Galatiam (et) Titus in Dalmatiæ, (missi ambo a me ad prædicandum. Evangelista)

Lucas est mecum solus. Marcum (seu Joannem, Barnabæ consobrinum), assume et adduc tecum ; est enim mihi utilis in ministerium (Evangelii).

Tychicum autem misi Ephesum, (ut te ad me venientem suppleret).

Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum et libros, maxime autem membranas.

Penulam (seu vestem, qua frigus depellatur et) quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum ; (affer) et libros (saceræ Scripturæ et alios manu mea scriptos et) maxime autem membranas (seu chartas recentiores a me exaratas).

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit (seu intulit) ; reddet illi Dominus, (utpote justitiae et Evangelii vindex), secundum opera ejus (queæ fecit in Christi ministerium impediendum) :

Quem et tu devita ; valde enim restitit verbis nostris. (Quoad cæteros, dicam quòd)

In prima mea defensione, (quam pro me feci in primis meis vinculis), nemo mihi adfuit sed omnes me (solum et omni ope destitutum) dereliquerunt ; (oro autem Deum ut hæc mei derelictio) non illis imputetur (ad peccatum et ad pœnam) :

Dominus autem mihi (prædicanti) astitit, et confortavit me ut per me (Evangelii) prædicatio impleatur et (illud) audiant omnes gentes ; et (per auxilium ejus) liberatus sum de ore leonis, (nempe Neronis. Spero etiam quòd et in futurum dicere potero) :

Liberavit me Dominus ab omni opere malo (seu peccato, non sinens quòd verbo nec facto Deum et fidem abnegem) ; et (spero quòd) salvum (me) faciet (et me introducat) in regnum suum cœlestis ; cui (Deo reddatur) gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Saluta Priscam et Aquilam et Onesiphori domum.

Erastus remansit Corinthi : Trophimum autem reliqui infirmum Miletii.

Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus et Pudens, et Limus et Claudia et fratres omnes.

Quem et tu devita ; valde enim restitit verbis nostris.

In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt ; non illis imputetur :

Dominus autem mihi astitit, et confortavit me ut per me prædicatio impleatur et audiant omnes gentes ; et liberatus sum de ore leonis :

Liberavit me Dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regnum suum cœlestis ; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Saluta Priscam et Aquilam et Onesiphori domum.


Erastus remansit Corinthi : Trophimum autem reliqui infirmum Miletii.

Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus et Pudens, et Li-

nus et Claudia et
fratres omnes.

Dominus Jesus
Christus cum spi-
ritu tuo. Gratia
vobisum. Amen.

Dominus Jesus Christus (sit et maneat)
cum spiritu tuo. Gratia (sit) vobisum.
Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA B. PAULI AD TITUM

ARGUMENTUM.

Titus, ex utroque parente gentilis, a Paulo conversus et baptizatus, illi adhaesit tanquam adjutor et interpres. Fuit insigni morum innocentia, et tota vita sua virginitatem servavit. Hanc epistolam quam ei scripsit Apostolus, simul et duas Timotheo scriptas semper ante oculos habeat ille, cui in Ecclesia persona doctoris est imposita.

1º Monet Titum ut presbyteros per civitates constituant, qui judaizantibus et haereticis resistere valeant.

2º Docet que monita debeant senibus, conjugatis, juvenibus et servis, ut juxta Christi legem et pie vivant in hoc saeculo, futuram vitam expectando.


3º Jubet ut doceat christianos obedire magistratibus etiam ethniciis, et seipso honeste gerere utpote peccato mortuos et Christo renatos: Judaizantes et eorum fabulas vitari jubet.

Scripta fuit Nicopoli in Epiro anno Christi 58, ante prima Pauli vincula.

nus et Claudia et
fratres omnes.

Dominus Jesus
Christus cum spi-
ritu tuo. Gratia
vobisum. Amen.

Dominus Jesus Christus (sit et maneat)
cum spiritu tuo. Gratia (sit) vobisum.
Amen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA B. PAULI AD TITUM

ARGUMENTUM.

Titus, ex utroque parente gentilis, a Paulo conversus et baptizatus, illi adhaesit tanquam adjutor et interpres. Fuit insigni morum innocentia, et tota vita sua virginitatem servavit. Hanc epistolam quam ei scripsit Apostolus, simul et duas Timotheo scriptas semper ante oculos habeat ille, cui in Ecclesia persona doctoris est imposita.

1º Monet Titum ut presbyteros per civitates constituant, qui judaizantibus et haereticis resistere valeant.

2º Docet que monita debeant senibus, conjugatis, juvenibus et servis, ut juxta Christi legem et pie vivant in hoc saeculo, futuram vitam expectando.

3º Jubet ut doceat christianos obedire magistratibus etiam ethniciis, et seipso honeste gerere utpote peccato mortuos et Christo renatos: Judaizantes et eorum fabulas vitari jubet.

Scripta fuit Nicopoli in Epiro anno Christi 58, ante prima Pauli vincula.

CAPUT PRIMUM.

Tito asserit illum esse apostolum Christi ad hoc ut doceat veram fidem et spem vitæ æternæ a Deo promissam et a Paulo manifestatam. Docet Titum quales presbyteros et episcopos per civitates instituere debeat. Docet judaizantes et hæreticos acriter reprehendendos esse, et cavendum esse ab eorum fabulis et ab observantiis quoad ciborum delectum.

Paulus, servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi, secundum fidem electorū Dei et agnitionem veritatis quæ secundum pietatem est,

Paulus (ego) servus Dei (sum et) apostolus autem Jesu Christi, (ad apostolatum electus ut versetur ministerium meum) secundum (seu circa) fidem (quam edoceo multitudinem) electorum Dei, et (circa) agnitionem (et diffusionem non philosophicam et aridam, sed sinceram et sanctam), veritatis quæ secundum (veram) pietatem est; (quæ veritas nos adducit)

In spem vitæ æternæ quam promisit qui non mentitur, (scilicet), Deus (qui eam nobis præparavit) ante tempora sacerularia (et ab æterno; et qui)

Manifestavit autem temporibus suis (et a se præfixis hoc de vita æterna) verbum (seu promissum) suum, (et illud notum fecit) in prædicatione quæ (partim) credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei (Jesu Christi; ego, inquam, Paulus do salutem)

Tito, dilecto filio secundum communem fidem, gratia et pax a Deo Patre et Christo Jesu Salvatore nostro.

Christo Jesu Salvatore nostro.

Hujus rei (gravissimæ) gratia reliqui te Cretæ, (scilicet), ut ea quæ (publico animarum commodo) desunt corrigas (et compleas), et (ut) constituas per civitates (majores tot) presbyteros (sive episcopos sive sacerdotes quot sunt necessarii, et illos eligas tales) sicut et ego disposui (seu præcepi) tibi. Quos eligendos esse decet sub his sequentibus conditionibus, scilicet:

Si quis sine crimine (seu reprehensione) est, (et fuerit) unius uxoris vir, (ita ut ejus continentia accusari nequeat; et si est) filios (ex ista unica uxore) habens, (qui sint vere) fideles (et qui incidere) non (possint) in accusatione luxuriæ aut (de quibus non dici possit eos) non subditos (esse parentum suorum auctorati, ille eligi potest, non vero iste qui his vel una ex his conditionibus careat):

Oportet enim episcopum (et etiam presbyterum) sive crimine (seu vituperio) esse, sicut (decet) Dei (vicarium et Evangelii prædicatorem et sacramentorum) dispensatorem; (oportet insuper eum) non (esse) superbum (seu inflexiblem aut protervum), non iracundum, non percussorem (seu durum in subditos), non turpis (ex indecenti mercatura) lucri cupidum,

Sed hospitalem (in peregrinos), benignum (erga subditos), sobrium (seu prudentem), justum, sanctum (seu pium in

Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi.

Si quis sine criminis est, unius uxoris vir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ aut non subditos;

Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum.

Sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum (seu pium in

ctum, continen-
tem,

Amplectentem
eum, qui secun-
dum doctrinam
est. fidelem ser-
monem, ut potens
sit exhortari in
doctrina sana, et
eos qui contradic-
cunt arguere :

Sunt enim multi
etiam inobedien-
tes, vaniloqui et
seductores, ma-
xime qui de cir-
cuncitione sunt,

Quos oportet
redargui, qui uni-
versas domos sub-
vertunt, docentes
quæ non oportet,
turpis lucri gratia.

Dixit quidam ex
illis proprius ip-
sorum propheta :
Cretenses semper
mendaces, malæ
bestiæ, ventres
pigri ;

Testimonium
hoc verum est :
quam ob causam
increpa illos dure, ut
sani (fiant et restituantur) in fide (et quid-
quid ei contrarium est respuant; mone
illos ut,

Nou intendentis
judaicis fabulis et
mandatis homi-

Deum), continentem (a gula et luxuria ;
oportet eum esse etiam)

Amplectentem (et firmiter retinentem)
eum (et solum), qui secundum (veram) do-
ctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit
exhortari (alios ad pietatem et eos instrue-
re) in doctrina sana, (et) eos, qui (Evan-
gelio) contradicunt, (Scripturæ testimoniis
et firmis rationibus revincere et) arguere

Sunt enim multi (in Ecclesia) etiam in-
obedientes (Evangelio, et) vaniloqui (seu
fabularum judaicarum sectatores), et se-
ductores (qui alias a vera doctrina aver-
tunt; quos) maxime (invenias inter eos)
qui de circuncitione (seu Judæi) sunt ;

Quos oportet autem redargui (usquedum
illis os occludatur, quippe) qui universas
domos subvertunt (quoad fidem), docen-
tes (ea) quæ (credere) non oportet, (et
sic agentes) turpis lucri gratia.

Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum
propheta (seu vates Epimenides) : Creten-
ses (sunt) semper mendaces, malæ (et ad
nocendum proclives) bestiæ, (et) ventres
(propter nimiam ciborum absorptionem)
pigri ; (atqui fatendum est quod)

Testimonium hoc (de illis) verum est :
quam ob causam increpa illos dure, ut
sani (fiant et restituantur) in fide (et quid-
quid ei contrarium est respuant; mone
illos ut,

Non (sint amplius aurem) intendentis
judaicis fabulis et mandatis (istorum) ho-
minum aversantium se (et alios) a verita-

te (evangelica : præscribunt enim cibo-
rum delectum, quasi)

Omnia¹ (non essent) munda (pro) mun-
dis (christianis a sanguine Christi per
baptismum mundatis, et quasi immundus
per seipsum esset cibus a Deo creatus ;
quod est absurdum : illis) coinquinatis
autem et infidelibus nihil est mundum,
(siquidem vel hos cibos a sola lege mo-
saica vetitos non manducando per super-
stitionem contra novam legem peccant,
vel eos manducando contra conscientiam
suam erroneam pariter peccant ; unde
omnia eis immunda sunt, non per se et ex
sua natura), sed (quia) inquinatae (et in-
quinantes) sunt eorum et mens et consciencie :

Confitentur (seu profitentur) se nosse
Deum, factis autem (suis pravis et sua
prava vita eum) negant (ut Dominum
suum ; et prorsus vitandi sunt), cum sint
abominati (seu execrabilis propter morum
depravationem), et incredibilis (seu nulla
ratione persuasibiles), et ad omne opus ho-
num reprobri (seu inepti utpote in mala
voluntate obstinati).

num aversantium
se a veritate ;

Omnia munda
mundis ; coinqui-
natis autem et in-
fidelibus nihil est
mundum, sed in-
quinatae sunt eo-
rum et mens et
conscientia.

Confitentur se
nosse Deum, fa-
ctis autem ne-
gant, cum sint
abominati et in-
credibilis et ad
omne opus bonum
reprobri.

¹ Inde nihil contra jejunium præscriptum ab Ecclesia concludi potest : non enim ob eorum immunditiam carnes certis diebus vetitæ sunt, sed propter tem-
perantiam et iram Dei placaddam.

CAPUT II.

Instruit Titum Apostolus quid senes, anus, adolescentulas, juvenes et servos verbo et exemplo docere debeat. Omnibus proponit gratiam Christi qui ad hoc natus est ut nos eruditet sobrie et juste et pie vivere, et inde spem immortalis vitæ concipere.

Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam;

Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.

Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes;

Ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant: (illas præcipiant esse)

Prudentes, castas, sobrias, domus (et familiæ suæ) curam habentes, benignas, subditas viris suis (in omnibus quæ legi Dei non contradicunt), ut non blasphem-

Tu autem loquere (et doce) quæ decent (et confirmant) sanam doctrinam; (mone)

Senes ut sobrii (seu vigilantes) sint, pudici (seu graves), prudentes (seu moderati et in iram non facile excandescentes), sani (seu integri et robusti) in fide (ne ad haereticorum susurros nutent, firmi) in dilectione ne leviter offensi irascantur, firmi) in patientia (ne facile in adversis stomachentur et murmurant; mone)

Anus similiter (ut se non ostendant nisi) in habitu sancto (qui sanctimoniam redoleat, ut) non (sint) criminatrices (seu calumniatrices), non multo vino (deditæ seu) servientes, (alios) bene (vivere) docentes; (illas mone)

Ut prudentiam doceant adolescentulas, (et illas simul doceant) ut viros suos ament (et) filios suos diligant: (illis præcipiant esse)

Prudentes, castas, sobrias, domus (et familiæ suæ) curam habentes, benignas, subditas viris suis (in omnibus quæ legi Dei non contradicunt), ut non blasphem-

metur verbum (seu doctrina) Dei (propter ut non blasphemearum vitam, si christianæ charitati et tur verbum Dei: doctrinæ esset contraria):

Juvenes similiter hortare ut sobrii (seu moderati) sint. (Tu vero),

In omnibus te ipsum præbe (in) exemplum bonorum operum; (scilicet, esto exemplar) in doctrina (qua alios doceas fidem et pietatem), in integritate (seu castitate quæ maxime decet episcopum), in gravitate (qua auditores tuos excites ad reverentiam tui et Evangelii);

Verbum (Evangelii ex ore tuo) sanum (procedat et ita) irreprehensibile, ut is, qui ex adverso (seu adversarius sanæ doctrinæ) est, vereatur (seu confundatur præ pudore), nihil habens malum (seu malum dicere de nobis (et de Evangelio). Præcipe)

Servos dominis (suis) subditos esse, in omnibus (quæ legi divinæ non repugnant), placentes (et obsequentes eis et eis) non contradictentes (seu responsantes),

Non fraudantes (eos), sed in omnibus fidem bonam (et fidelitatem erga eos) ostendentes (ita) ut (obedientia, fide, et morum integritate) doctrinam Salvatoris nostri Dei orment (et eam commendent) in omnibus (et apud Ethnicos. Sancte igitur omnes christiani, senes, anus, juvenes, vivamus);

Apparuit enim (et data est) gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus,

Juvenes similiter hortare ut sobrii sint.

In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate,

Verbum sanum irreprehensibile; ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis,

Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradictentes,

Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei orment in omnibus;

Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus,

Erudiens nos ut abnegantes impietatem et sacerdotalia desideria, sobrie et juste et pie vivamus in hoc saeculo, (ut simus fiducialiter)

Expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi,

Qui dedit semetipsum (victimam) pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate (praeterita et futura), et mundaret (et pararet) sibi populum acceptabilem (seu peculiariter electum et a Deo approbatum et) sectatorem (et zelatorem) bonorum operum :

Hæc loquere et exhortare, et argue (haereticos et peccatores) cum omni imperio, (ut decet episcopum cui commissum est munus docendi et regendi populum christianum; et auctoritatem tuam ita tuere, et tam ir reprehensibiliter vive ut) nemo te (quasi muneri tuo imparem) contemnat.

Erudiens nos (in quoconque statu simus), ut, abnegantes impietatem et sacerdotalia desideria, sobrie et juste et pie vivamus in hoc saeculo, (ut simus fiducialiter)

Expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi,

Qui dedit semetipsum (victimam) pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate (praeterita et futura), et mundaret (et pararet) sibi populum acceptabilem (seu peculiariter electum et a Deo approbatum et) sectatorem (et zelatorem) bonorum operum :

Hæc loquere et exhortare, et argue (haereticos et peccatores) cum omni imperio, (ut decet episcopum cui commissum est munus docendi et regendi populum christianum; et auctoritatem tuam ita tuere, et tam ir reprehensibiliter vive ut) nemo te (quasi muneri tuo imparem) contemnat.

CAPUT III ET ULTIMUM.

Docet christianos magistratus etiam ethnicis obedientiam debere. Inculcat gratiam Christi, qui per baptismum nos regeneravit ut bonis operibus studeamus. Jubet vitari haereticos. Titum, Zenam et Apollo ad se vocat suosque salutat.

Admone illos (quoscunque fideles) principibus et potestatis subditos esse, (eorum) dicto obedire (et) ad omne opus bonum (ab eis prescriptum) paratos esse,

Admone illos principibus et potestatis subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse,

Neminem blasphemare (seu conviciis laccassere), non litigiosos (adversus superiores) esse sed modestos (seu moderatos), omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines : (ne dicat aliquis : Cur et quomodo tam generose et mansuete cum istis hominibus pravis atque sceleris vivere possumus et debemus ? Respondeo : Nonne)

Eramus enim aliquando et nos (sicut isti sunt, dum in tenebris infidelitatis versaremur ? nonne et nos fuimus) insipientes, increduli (seu inobedientes et impersuasibiles), errantes (in via tam morum quam doctrinæ), servientes (seu dediti) desideriis (malis) et voluptatibus (illicitis et) variis, in malitia et (in) invidia (contra proximum) agentes, odibiles (caeteris et) odientes invicem ? (nos igitur decet eorum misereri, sicut Deus misertus est nostri : vos autem admiremini gratiam

Neminem blasphemare, non litigiosos, sed modestos (seu moderatos), omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines :

Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem.

vobis præstitam, et inde discite bene vivere et benigni esse ad alios ; nam

Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei,

Non ex operibus justitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti,

Quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum,

Ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

Ut justificati (seu justitia donati sola) gratia ipsius (et non ullo merito nostro), hæredes simus, at saltem secundum spem, vitæ æternæ (quam nobis meritus est). Unde, illius et tantæ gratiæ memores, pie et sancte vivere debemus, indulgentes esse ad alios qui in tenebris adhuc sunt, et orantes Deum ut eadem gratia illuminati et nostra in illos benignitate adducti, perveniant ad salutem. Quod de Dei in nos clementia dico non est incertum et fabulosum, ut Judæorum aut philosophorum doctrina ; sed

Fidelis sermo est, et de his volo

Cum autem benignitas et humanitas (seu clementia) apparuit Salvatoris nostri Dei (Patris, qua voluit nos de tenebris ad lucem educere, tunc)

Non ex operibus justitiae quæ fecimus nos (nec propter merita nostra nos salvare decrevit) ; sed secundum suam misericordiam (omnino gratuitam) salvos nos fecit, (a peccatis nostris, nos abluens et ad novam vitam regenerans) per lavacrum (aqua) regenerationis et renovationis (nobis communicatæ per gratiam) Spiritus sancti

Quem effudit in nos abunde (propter merita nobis acquisita) per Jesum Christum Salvatorem nostrum ; (unde factum est)

Ut justificati (seu justitia donati sola) gratia ipsius (et non ullo merito nostro), hæredes simus, at saltem secundum spem, vitæ æternæ (quam nobis meritus est). Unde, illius et tantæ gratiæ memores, pie et sancte vivere debemus, indulgentes esse ad alios qui in tenebris adhuc sunt, et orantes Deum ut eadem gratia illuminati et nostra in illos benignitate adducti, perveniant ad salutem. Quod de Dei in nos clementia dico non est incertum et fabulosum, ut Judæorum aut philosophorum doctrina ; sed

Fidelis sermo est, (seu omnino certus hic) sermo est ; et de his volo te (alios docere et) con-

firmare, (ita) ut (his credentes) curent bonis operibus (studere et) præesse, (sicut decet illos) qui credunt Deo (et ejus doctrinæ). Hæc sunt bona et utilia hominibus (proindeque prædicanda ; hæc igitur doce) ;

Stultas autem quæstiones, et genealogias (memoriter ab illis discitas et veloci- ter recitatas), et contentiones et pugnas (seu rixas circa) legis (mosaicæ puncta, nunc inania, accurate) devita ; (hæ quæstiones et rixæ) sunt enim inutiles et vanæ.

Hæreticum hominem, post unam et secundam (admonitionem et) correptionem, (si non resipiscat), devita,

Sciens (tu) quia subversus (seu eversus) est (a fide et spe et aliis bonis spiritualibus ille) qui ejusmodi est, et (quòd scien- ter) delinquit (utpote perseverans in suo hæresis delicto, etiam) cum sit proprio (suo) judicio condemnatus, (siquidem sponte et pertinaciter se ab Ecclesia separat, sciens tamen et credens quòd extra illam non est salus sed certa damnatio).

Cum misero ad te Artemam aut Tychicum (qui te suppleant), festina ad me ve- nire Nicopolim ; ibi enim statui hiemare.

Zenam legisperitum et Apollo sollicite præmitte, (præcavens) ut nihil illis (in itinere) desit. (Si eorum itineri providere

te confirmare, ut curent bonis ope- ribus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona et utilia hominibus.

Stultas autem quæstiones et ge- nealogias et contentiones et pug- nas legis devita ; sunt enim inutiles et vanæ.

Hæreticum ho- minem, post unam et secundam cor- reptionem, devita,

Sciens quia sub- versus est qui ejusmodi est et de- linquit, cum sit proprio judicio condemnatus.

Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire Ni- copolim ; ibi enim statui hiemare.

Zenam legisperitum et Apollo sollicite præmitte

ut nihil illis de- per te ipsum non potes, a te hortante)
sit.

Discant autem et nostri bonis ope-
ribus praesesse ad usus necessarios,
ut non sint infructuo-
si.

Discant autem et nostri (christiani) bonis
operibus præsesse (seu incumbere et de
suo largiri) ad usus (seu sumptus rei evan-
gelicæ) necessarios; (in hac occasione igitur,
Zenæ et Apollo Evangelii ministris
suppleant quod eorum itineri deest; et
generatim in ministros sint munifici), ut
non sint (in Ecclesia) infructuoosi.

Salutant te qui
mecum sunt om-
nes. Saluta eos
qui nos amant in
fide. Gratia Dei
cum omnibus vo-
bis. Amen.

FINIS EPISTOLÆ BEATI PAULI AD TITUM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE

ESTADÍSTICA Y
INVESTIGACIONES SOCIALES

EPISTOLA B. PAULI AD PHILEMONEM

ARGUMENTUM.

Philemon, gentilis et colossensis, fide et professione christiana
et eleemosynis conspicuus erat. Huic erat servus nomine Onesymo-
rus quem, in fugam elapsum ob furtum heri sui prejudicio com-
missum, Apostolus Romæ converterat, et quem baptizatum ad
Philemonem remittit et hac epistola commendat.

Apostolus docet 1º nulli homini et ne servo quidem præcluden-
dam esse viam salutis; 2º etiam vilium hominum curam christia-
nis esse habendam; 3º pietatis prætextu servos a dominis non esse
avellendos; unde servum Philemoni summ remittit; 4º servos
præstantes virtute non esse contempnendos sed amandos et promovendos.

Discant inde pastores et christiani servos et pauperes non ne-
gligere singuli cura fovere, ut animas communi sanguinis
Christi pretio redemptas et a Deo principaliter electas ad salutem
perducant.

Scripta fuit hæc epistola Romæ, e prioribus Apostoli vinculis
anno Christi 60.

— — — — —

Paulus, vincitus (pro fide) Christi Jesu (proindeque factus similis tuo servo), et Timotheus (tam tuus quam meus in Christo frater, salutem damus) Philemoni (a nobis) dilecto et (in Evangelii propagatione) adjutori nostro,

Et Appiæ (uxori tuae et in Christo) sorori (nostræ) charissimæ, et Archippo com-

Paulus vincitus
Christi Jesu et
Timotheus frater
Philemoni dilecto
et adjutori no-
stro,

Et Appiæ sorori
charissimæ et Ar-

ut nihil illis de- per te ipsum non potes, a te hortante)
sit.

Discant autem et nostri bonis ope-
ribus praesesse ad usus necessarios,
ut non sint infructuo-
si.

Discant autem et nostri (christiani) bonis
operibus præsesse (seu incumbere et de
suo largiri) ad usus (seu sumptus rei evan-
gelicæ) necessarios; (in hac occasione igitur,
Zenæ et Apollo Evangelii ministris
suppleant quod eorum itineri deest; et
generatim in ministros sint munifici), ut
non sint (in Ecclesia) infructuoosi.

Salutant te qui
mecum sunt om-
nes. Saluta eos
qui nos amant in
fide. Gratia Dei
cum omnibus vo-
bis. Amen.

Salutant te qui mecum sunt omnes; sa-
luta eos qui nos amant in fide, (scilicet,
illo amore quem fides christiana profite-
tur). Gratia Dei (sit et maneat) cum omni-
bus vobis. Amen.

FINIS EPISTOLÆ BEATI PAULI AD TITUM.

EPISTOLA B. PAULI AD PHILEMONEM

ARGUMENTUM.

Philemon, gentilis et colossensis, fide et professione christiana
et eleemosynis conspicuus erat. Huic erat servus nomine Onesymo-
rus quem, in fugam elapsum ob furtum heri sui prejudicio com-
missum, Apostolus Romæ converterat, et quem baptizatum ad
Philemonem remittit et hac epistola commendat.

Apostolus docet 1º nulli homini et ne servo quidem præcluden-
dam esse viam salutis; 2º etiam vilium hominum curam christia-
nis esse habendam; 3º pietatis prætextu servos a dominis non esse
avellendos; unde servum Philemoni summ remittit; 4º servos
præstantes virtute non esse contemnendos sed amandos et promovendos.

Discant inde pastores et christiani servos et pauperes non ne-
gligere singuli cura fovere, ut animas communi sanguinis
Christi pretio redemptas et a Deo principaliter electas ad salutem
perducant.

Scripta fuit hæc epistola Romæ, e prioribus Apostoli vinculis
anno Christi 60.

Paulus, vincitus (pro fide) Christi Jesu
(proindeque factus similis tuo servo), et
Timotheus (tam tuus quam meus in Chri-
sto frater, salutem damus) Philemoni (a
nobis) dilecto et (in Evangelii propagatione)
adjutori nostro,

Et Appiæ (uxori tuae et in Christo) soro-
ri (nostræ) charissimæ, et Archippo com-

Paulus vincitus
Christi Jesu et
Timotheus frater
Philemoni dilecto
et adjutori no-
stro,

Et Appiæ sorori
charissimæ et Ar-

chippo commilitoni nostro, et ecclesiæ quæ in domo tua est, militoni nostro (in re evangelica), et (toti) ecclæsiae quæ in domo tua est (et quam nobiscum apud te deprecatorum invocamus; et oramus ut)

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

Gratias ago Deo meo (pro te) semper, meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, (quia sum)

Audiens charitatem tuam (in Deum) et fidem quam habes in Domino Jesu et (charitatem quam exerceas) in omnes sanctos, ita)

Ut communicatio (seu beneficentia tua in pauperes, quæ est argumentum) fidei tuae, (omnibus) evidens fiat in agnitione (quam omnes habent) omnis operis boni quod (adimples juxta fidem, quæ) est in vobis (seu) in (te et tuis pro glorificando) Christo Jesu :

Gaudium enim magnum habui et (magnam) consolationem in charitate tua, (audiens) quia (seu quòd) viscera sanctorum (sive pauperum sive afflictorum requieverunt (et refrigerata sunt) per te (et tuam beneficentiam, o) frater;

Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi

ad rem (a me tractandam) pertinet, (malo tibi quod ad rem pertinet,

tamen te rogare)

Propter charitatem (qua te ut filium amo); (et) magis (seu potius per eam te) obsecro, cum sis talis ut (ego) Paulus, (nempe) senex (proindeque ut talis magis obsecrandus quam cogendus; insuper te rogo), nunc autem (prout fidei martyr) et vincetus Jesu Christi: igitur

Obsecro te pro meo filio, quem (ad fidem) genui in vinculis (meis), Onesimo,

Qui tibi aliquando inutilis (et nocivus) fuit; nunc autem (quum ad fidem conversus est) et mihi, (quem adjuvit in vinculis meis, utilis fuit), et tibi utilis (erit utpote servus fidelis);

Quem remisi (seu remitto) tibi, (nolens servum a domino avellere). Tu autem illum ut (filium per) mea viscera (in Christo genitum) suscipe.

Quem ego volueram (seu optasse) mecum detinere, (adeo ejus servitio gaudeo), ut pro te, (qui hic adesse non potes), mihi ministraret in vinculis (quibus detineor pro gloria) Evangelii:

Sine consilio autem tuo (et præter voluntatem tuam) nihil volui facere, uti (seu ut) ne (inde putaretur quòd) ex necessitate bonum (seu beneficium) tuum (imperatum) esset, sed (ut videretur omnino ex te voluntarium. (Rogo te ut illum bene excipias);

Forsitan enim ideo, (Deo favente), dis-

tibi quod ad rem pertinet,

Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem et vincetus Jesu Christi.

Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis :

Quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea viscera suscipe.

Quem ego volueram mecum detinere ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

Sine consilio autem tuo nihil volui facere, ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium ;

Forsitan enim

ideo discessit ad horam a te, ut aeternum illum reciperes.

Jam non ut, servum sed pro servo charissimum fratrem maxime mihi, quanto autem magis ibi et in carne et in Domino.

Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me;

Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa (seu in me sponsorem ejus transcribe).

Ego Paulus scripsi mea manu (haec duo verba) « Ego reddam », ut non dicam tibi, (quasi creditor jure suo utens, quod hanc gratiam a te exigere possem, siquidem) et te ipsum (utpote ad fidem a me conversum tu) mihi debes.

Ita, frater, Ego te fruar in Domino; refice viscera mea in Domino.

Confidens in obedientia tua scripsit tibi, sciens quoniam et super id quod dico facies.

Simul autem et para mihi hospitium; nam spero per orationes vestras

cessit ad horam a te, ut in aeternum (tibi in terra et in celo adhaesurum) illum reciperes: (excipe illum)

Jam non ut servum, sed pro servo (habe illum ut) charissimum fratrem (Domino Christo et) maxime mihi, (et qui tibi eo ca- rior esse debet) quanto autem magis tibi (pertinet 1^o) et in carne (seu in servitute carnali qua tibi adstrictus est), et (2^o quia) in Domino (frater tuus est).

Si ergo habes me (ut vere) socium (et amicum tuum), suscipe illum sicut me (susciperes).

Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa (seu in me sponsorem ejus transcribe).

Ego Paulus scripsi mea manu (haec duo verba) « Ego reddam », ut non dicam tibi, (quasi creditor jure suo utens, quod hanc gratiam a te exigere possem, siquidem) et te ipsum (utpote ad fidem a me conversum tu) mihi debes.

Ita, frater, (fiat ut rogo: et) ego (per) te fruar in (beneficio isto quod gratum erit) Domino: (hac igitur gratia) refice (et recrea) viscera mea in Domino (seu in nomine Domini).

Confidens in obedientia (et charitate) tua, (hoc) scripsi tibi, sciens quoniam (seu quod) et super id, quod dico, (sponte tua) facies.

(a vinculis liberari et) donari me vobis.

tium; nam spero per orationes vestras donari me vobis.

Salutat te Epaphras concavitus meus in (seu pro) Christo Jesu. (Salutant te)

Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas, (qui) adjutores mei (sunt in Evangelii ministerio).


Gratia Domini nostri Jesu Christi (sit et maneat) cum spiritu vestro. Amen.

Marcus, Aristarchus, Demas et Lucas, adjutores mei.

Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

FINIS EPISTOLE AD PHILEMONEM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA B. PAULI AD HEBRÆOS

ARGUMENTUM.

Hanc Epistolam Hebreis scribit Apostolus, ut eos a Judaismo integre ad Christianismum transferat, et illos in eo confirmet. Hac de causa illis proponit 1º divinitatem et dignitatem Christi, 2º ejus sacerdotium et sacrificium, omnibus veteribus adumbratum, et solum quod ad nostram redemptionem sufficiat, 3º Christi officium, in eo consistens ut per suum sanguinem sit peccatorum omnium expiator, redemptor, mediator et pontifex noster, 4º differentiam et excellentiam novi Testamenti præ veteri, 5º consolationem pro vexationibus, quibus opprimebantur hi qui Christo adhæabant et ad legem mosaicam retrogredi solebant.

Scripta fuit hæc Epistola ex Italia, scilicet Romæ, anno Neronis 4, Christi autem 60.

CAPUT PRIMUM.

Demonstrat Apostolus Christum Mosi et prophetis et quidem Angelis, prouindeque legem Christi legi mosaicæ præstare. Docet Christum esse Deum, Dei Patris Filium et hæredem, necnon et conditorem et gubernatorem mundi. Docet Christum, quatenus homo est, esse Redemptorem peccatorum et sedere a dextris Dei. Ex Psalmis probat Christum hominem Angelis præcellere divina origine et filiatione, honore et cultu latræ, potentia et æternitate, eumque omnium esse magistrum, Angelos vero nonnisi servos Dei et Christi.

(Postquam)

Multifariam (seu per multas vices) multisque (visionum revelationumque) modis olim Deus (fuit) loquens patribus (nostris) in (suis) prophetis, novissime (et) Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophe tis, novissime

Diebus istis locutus est nobis in Filio quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula;

Diebus istis locutus est nobis in Filio (seu per Filium suum) quem, (quatenus homo est), constituit (primarium) hæredem universorum (seu totius mundi, et) per quem, (tanquam per causam non ministerialem sed principalem), fecit et sæcula (seu tempora et temporaria. Dixi Filium fuisse mundi causam, non instrumentalem, sed primariam; et hoc legitime dicitur de eo)

Qui, cum sit splendor gloriæ (Dei, eo modo quo radius a sole resplendet), et (cum sit) figura (seu imago non umbratica sed vera et expressa) substantiæ ejus, (et cum sit conservans) portansque omnia (creata nutu et) verbo virtutis (seu potentiae) suæ, (Deo Patri suo æqualis est; et, quatenus homo est, postquam) peccatorum (totius mundi per mortem suam) purgationem (seu abolitionem) faciens (fuit, ascendit in cœlum et in æternum) sedet (cum natura sua divina et humana) ad dexteram majestatis (Patris sui) in excelsis; (et ille idem Christus Jesus¹)

Tanto melior Angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.

Cui enim dixit

Tanto melior (seu præstantior) Angelis (est, non solum quatenus Deus sed etiam in quantum homo) effectus (et Verbo Dei unitus), quanto differentius (et excellenterius (est) præ illis nomen (quod a Deo Patre suo hæreditavit (seu sortitus est):

Cui enim (Deus) dixit aliquando Ange-

¹ Ab hoc versiculo usque ad finem hujus capituli agitur de præcellentia Christi super Angelos; et haec superioritas stabilitur contra eos qui tunc eam produgabant.

lorum: « Filius meus es tu¹, (quoad aeternam generationem, quoad incarnationem, et hypostaticam cum Verbo unionem): ego *hodie* (seu in et ab aeternitate in qua est unum hodie vel unum instans gigno et) genui (et gignam) te», (utpote Verbum et Filium meum) ? et (de quo Angelo dixit) rursum (hoc aliud verbum): « Ego ero illi in Patrem et ipse erit mihi in Filium?» (Certe nulli Angelorum haec verba dicta sunt nec convenientiunt).

Et cum iterum (loquens de die judicii), introducit (seu annuntiat Filium suum) primogenitum (fore descensurum) in orbem terræ (tum ad salvandos tum ad iudicandos homines, nonne de eo) dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei? (et nonne sic loquendo eum Angelis superiorem esse proclamat? Nonne etiam altera vice)

Et ad Angelos quidem (seu de Angelis loquens, quoad Christum Scriptura) dicit: (ille est) qui facit (seu fecit) Angelos suos (veloces quasi) spiritus (seu ventos), et ministros suos (fecit ardentes) quasi flammarum ignis, (ad exequenda opera sua iræ vel misericordiæ; unde etiam colliges illum qui facit Angelos majorem esse illis qui ab eo facti sunt. Insuper nonne)

Ad Filium (suum) autem (dixit): Thronus tuus, (o tu qui tecum es) Deus, in saeculum saeculi (permanebit); virga (seu

aliquando Angelorum: « Filius meus es tu, ego hodie genui te»; et rursum: « Ego ero illi in Patrem et ipse erit mihi in Filium.»

Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei:

Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus et ministros suos flammarum ignis.

Ad Filium autem: « Thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi;

¹ Jesus Christus solus dicitur vere et genuine Filius Dei, Angelus autem tantummodo metaphorice.

virga æquitatis
virga regni tui ;

Dilexisti justitiam et odisti ini-
quitatem ; pro-
pterea unxit te,
Deus, Deus tuus
oleo exultationis
præ participibus
tuis :

Et : Tu in prin-
cipio, Domine,
terram fundasti,
et opera manuum
tuarum sunt cœ-
li ;

Ipsi peribunt,
tu autem perma-
nebis, et omnes
ut vestimentum
veterascent,

Et velut ami-
ctum mutabis eos
et mutabuntur;
tu autem idem ip-
se es et anni tui
non deficient.

Ad quem autem
Angelorum dixit
aliquando : Sede
a dextris meis
quoadusque po-
nam inimicos

sceptrum) æquitatis (est) virga (seu sce-
ptrum) regni tui ; (regnum tuum æquisi-
sum est, quia justos præmias et impios
condenas, ut videbitur in die judicii. Et
hæc verba plenius explanans dicit : quia)

Dilexisti justitiam et odisti ini-
quitatem, pro-
pterea unxit te,
Deus, Deus tuus
oleo exultationis
præ participibus (et cohære-
dibus) tuis, (ut ab omnibus agnoscaris et
colaris quasi Salvator mundi. Nonne
adhuc)

Et (alibi dicit, illi utpote mundi Crea-
tori) : Tu in principio, (o) Domine (Fili Dei),
terram (a primis fundamentis fecisti et)
fundasti, et opera manuum tuarum sunt
cœli :

Ipsi (cœli) peribunt, tu autem perma-
nebis (semper idem et æternus), et omnes
(creatüræ tuæ suomotu consenserent
et) ut vestimentum veterascent;

Et velut (ille qui mutat) amictum, (cu-
jus detrita est exterior facies, tu) mutabis
eos (cœlos), et mutabuntur, (et a prio re
servitute alterationis, cui post originale
hominis peccatum subjecti fuerunt, libe-
rabuntur) ; tu autem idem ipse (in æter-
nitate tua) es (et manes) ; et anni tui non
deficient, (quia sunt æterni. Insuper)

Ad quem autem Angelorum dixit ali-
quando (hæc verba, quæ non nisi Christo
suo convenient) : « Sede a dextris meis
(meumque in æquali potestate regna),
quoadusque ponam inimicos tuos (quasi)

seabellum (sub planta pedum tuorum ? tuos scabellum
(Certe nulli Angelo sic locutus est, sed
Christo ; ergo Christo longe inferiores
sunt Angeli. Denique)

Nonne omnes (Angeli) sunt (tantummodo)
administratori (et subditi) spiritus, in
ministerium (Christi implendum) missi (ab
eo ipso) propter (tuendos) eos (christia-
nos), qui (ex ejus decreto et ex sua ipso-
rum bona voluntate) hæreditatem capient
salutis, (quam eis destinavit et meritus
est ? Ergo Angelis superior est Christus).

Nonne omnes
sunt administra-
tori spiritus, in
ministerium mis-
si propter eos
qui hæreditatem
capient salutis.

CAPUT II.

Hebreos hortatur Apostolus ut Christum ejusque legem studiosè
observent, 1º ex eo quod, si negligant salutem, graviter a Deo pu-
niendi sunt, 2º quod lex Christi confirmata sit multis miraculis et
donis Spiritus sancti, 3º quod non Angelis sed Christo Deus sub-
jecerit orbem. Denique docet decuisse Christum pati et mori, et
sic fratribus suis per omnia assimilari et compati : quod docet ad
hunc finem ut ab eorum mentibus crucis scandalum tollat.

(Nunc cum vobis ostendi dignitatem
Christi, quam studiosissime iis, quæ a
Christo et ejus Apostolis audistis, intendi-
te ; et a ceremoniis legis mosaicæ memo-
riam avertite, ut legi Christi plene adhæ-
reatis) :

Propterea (igitur quod nunc cognosci-
mus præcellentiam Christi et legis ejus),
abundantius (seu diligentius) oportet ob-
servare nos ea quæ (ab eo et ab ejus Apo-
stolis) audivimus, ne forte, (quasi vasa

Propterea abund-
tius oportet
observare nos ea
quæ audivimus,
ne forte perefflu-
mus ;

multas rimas habentia quæ suavissimum liquorem effluere sinunt, nos) pereffluamus (seu excidere sinamus a memoria nostra pretiosam Christi doctrinam) :

Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est firmus, et omnis prævaricatio et inobedientia accepit justam mercedis retributionem,

Si enim (ille), qui per Angelos (tum) dictus est sermo (in monte Sina), factus est (a Deo fulguribus et terræ motu) firmus (seu confirmatus); et (si) omnis prævaricatio et inobedientia (contra sermonem illum seu legem mosaicam, per Angelos traditam), accepit justam mercedis retributionem (quam meruerat ejus transgressio),

Quomodo nos effugiemus, sit tantam neglexerimus salutem, quæ, cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est,

Quomodo nos (hanc retributionem) effugiemus, si tantam neglexerimus (Christi legem quæ nobis affert tam eximiam) salutem (et) quæ, cum initium accepisset (seu cum cœpisset) enarrari per (ipsum) Dominum (Jesum Christum et deinde) ab eis (fidelibus testibus nempe Apostolis) qui (eam ipsissimis auribus) audierunt, in nos confirmata est, (eorum testimonium)

Contestante Deo signis et portentis et variis virtutibus et Spiritu sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Contestante (seu confirmante) Deo (multis) signis et portentis et variis virtutibus (seu miraculis) et Spiritu sancti (donorum) distributionibus (quas largitus est) secundum suam voluntatem! (Christo igitur et ejus doctrinæ nunc est auscultandum, non autem Angelis);

Non enim Angelis (sed Christo) subjecit Deus orbem terræ (post resurrectionem) futurum, de quo loquimur (seu modo locuti sumus cum de coelorum mutatione futura diximus);

Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum de quo loquimur.

Testatus est autem (aliquis) in quodam (Scripturæ) loco (hunc orbem futurum Christo fore subjectum; et ille ali) quis (est David Deo) dicens (de homine in sensu genuino sed de Christo in sensu mystico): Quid est homo¹ (seu humana natura) quòd memor (et amator) es ejus (adeo ut eam ad hypostaticam Verbo unionem extollere digneris)? aut (quis est) filius hominis (ut eum tanti facias? nonne mirum est) quoniam (seu quòd sic) visitas (et tanta providentia prosequaris) eum? (Evidem, in quantum passibilis et homo erat Christus),

Minuisti eum (seu ejus naturam humanam) paulo minus ab Angelis; (sed per et propter passionem ejus) gloria (maxima) et (amplissimo) honore, (quo longe superior Angelis factus est), coronasti eum, (eando nomen quod est super omne nomen et jubendo illum ab omnibus adorari); et constituisti (seu extulisti) eum (ita ut regnaret super Angelos et super celos et) super (omnia) opera manuum tuarum; (et)

Omnia subjecisti sub pedibus ejus; (atqui), in eo enim quòd omnia ei subjecit, (evidenter appetit quòd) nihil, (ne Angelis quidem exceptis), dimisit (seu reliquit quod) non (sit) subjectum ei: (si) nunc autem (videmus hostes Christi nobis do-

Testatus est autem in quodam loco quis dicens: « Quid est homo quòd memor es ejus » aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis; gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus; (atqui), in eo enim quòd omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. Nunc

¹ Hæc Psalmi verba, etsi hominis excellentiæ a propheta in sensu litterali applicata, Christo tamen præconveniunt: Christus enim solus, propter innocentiam sue primæ creationis servatam, dominum plenum in res creatas servavit, dum homo illud per peccatum suum amisit.

autem neandum vi-
demus omnia sub-
jecta ei ;

Eum autem, qui
modico quam An-
geli minoratus est
videmus Jesum
propter passio-
nem mortis gloria
et honore corona-
tum, ut gratia Dei
pro omnibus gu-
staret mortem.

Decebat enim
eum propter quem
omnia et per quem
omnia, qui multos
filios in glo-
riam adduxerat,
auctorem salutis
eorum per pas-
sionem consum-
mare.

minantes et nos exilio aliquis pœnis mul-
ctatos, et si) neandum videmus omnia (esse)
subjecta ei, (ne turbemur, fratres; non-
dum enim futurus orbis de quo diximus,
apparuit; sed modicum expectemus :
nonne)

Eum autem, qui modico (seu per mo-
dicum tempus et paulo minus) quam An-
geli (in passione et morte sua) minoratus
est, (jam nunc) videmus Jesum propter
(ipsam) passionem mortis gloria et honore
coronatum, (et ejus nomen et fidem et
famam in terra propagatam, et ipsum ab
omnibus gentibus agnatum et adoratum.
Si eum per passionem et mortem transire
et minorari permisit Deus Pater, non ex
necessitate aut ex culpa ejus, sed) ut, gra-
tia (hujus) Dei (Patris omnino gratuita)
pro omnibus (hominibus) gustaret (seu
subiret) mortem (nostræ saluti necessaria-
riam). Ne scandalizemur quod Deus Pater
hanc sui Filii passionem et mortem ad sal-
vandum nos elegerit;

Decebat enim eum (Deum Patrem),
propter quem omnia (facta sunt) et per
quem omnia (sunt et) qui multos (Christi
sui) filios ad gloriam (in mente sua) ad-
duxerat (seu adducere prædestinaverat,
Deum Patrem, decebat, inquam, hunc
Christum utpote) auctorem salutis (om-
nium) per passionem (et mortem et deinde
per gloriosam ejus resurrectionem) con-
summare (seu perfectum facere, ut hac
perfectione ejus minorationem momenta-

neam compensaret. Insuper et propter
aliam rationem decebat Christum passi-
bile fieri et mori : decebat enim pontifi-
cem)

Qui enim (alios) sanctificat et (illos) qui
sanctificantur, ex uno (et eodem prin-
cipio et ejusdem naturæ esse) omnes ;
(atqui homines, qui sanctificandi erant,
naturæ passibilis et ærumnosæ erant;
ergo et Christum, qui eos sanctificaturus
erat, decuit esse naturæ passibilis et mori-
ri). Propter quam (ejusdem naturæ) cau-
sam non confunditur (seu erubescit Chri-
stus) fratres eos vocare, dicens : (O Pater
æterne, post resurrectionem meam),

« Nuntiabo (et prædicabo) nomen (et
cultum) tuum fratribus meis, (nempe apo-
stolis et discipulis meis); in medio ec-
clesiae (a me congregatae) laudabo te »
(Deum, qui me propter eos resuscitasti) :

Et iterum alibi dicit : Ego ero fidens in
eum (Deum Patrem, significans hac invoca-
tione se esse in afflictione positum pro-
indeque sicut et nos ex Adamo progenitum
et passibilem) : et iterum (in alio loco
dicit per os Isaiae) : « Ecce ego et pueri
mei quos dedit mihi Deus; » (atqui)

Quia ergo (hi) pueri communicaverunt
(seu participaverunt carni et sanguini, (id
est, quia isti, quos Christus pueros suos
vocat, constant carne et sanguine proin-
deque natura fragili et passibili, inde vo-
luit Christus eamdem naturam induere) ;
et ipse similiter participavit eisdem (carni

Qui enim san-
ctificat et qui san-
ctificantur, ex uno
omnes. Propter
quam causam non
confunditur fra-
tres eos vocare,
dicens :

Nuntiabo nomen
tuum fratribus
meis, in medio
Ecclesiae laudabo
te :

Et iterum : « Ego
ero fidens in
eum » ; et iterum :
Ecce ego et pueri
mei quos dedit
mihi Deus :

Quia ergo pueri
communicave-
runt carni et san-
guini, et ipse si-
militer participa-
vit eisdem, ut per
mortem destrue-
ret eum, qui ha-
bebat mortis im-

perium, id est, et sanguini), ut (pro nobis pueris suis pati et mori posset et) per mortem (suam) destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum,

Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.

Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit :

Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum ut repropitiaret delicta populi.

In eo enim in quo passus est

Si ergo consummatio (seu vis perficiendi et justificandi homines) per sacerdotium leviticum (possibilis) erat, (si, inquam, hoc sacerdotium, de quo per parenthesim dico quòd) populus enim (judaicus) sub ipso legem accepit, (sufficiens erat justificationi et perfectioni hominum), quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere (et vocari) sacerdotem, (nempe Christum) ; et (quare Deus non (voluit illum) secundum ordinem Aaron (sacerdotem) dici ? (Nonne 1º quia Aaronis sacerdotium existimabat esse imperfectum et insufficiens ? et 2º si sacerdotium Melchisedech ab eo electum est ut typus sacerdotii Filii sui, nonne eo ipso declaratur aaronico præstantius ? Inde sequitur alia consequentia, nempe abolitio legis mosaicæ, non quoad decalogum qui æque communis est Judæis et Christianis, sed quoad partem cæremonialem et judicialem) :

¹ Non sic Christus fuit filius Abrahæ; non enim secundum potentiam generativam et concupiscentiam carnalem Abrahæ filius fuit sed tantum quoad substantiam corpoream; ejus autem conceptio et generatio est ex Spiritu sancto.

Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviauit ei Melchisedech.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem et non secundum ordinem Aaron dici ?

Translato enim sacerdotio, necesse est ut et legis translatio (seu mutatio) fiat ; (mutato enim fine, mutanda sunt media : atqui certum est sacerdotium mutatum fuisse et a tribu Levi translatum ; ille)

In (seu, ille de quo enim hæc dicuntur (verba : « Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech », non est de tribu Levi, sed) de alia tribu est, (scilicet, de tribu Juda) de qua nullus altari præsto (seu ministrans) fuit ;

Manifestum est enim quòd ex Juda ortus sit Dominus noster (Jesus Christus), in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. (Unde)

Et amplius adhuc manifestum est (quòd sacerdotium aaronicum translatum est ; et hoc fit evidens) si (seu in eo quòd) secundum similitudinem Melchisedech exurgat alias sacerdos,

Qui, non secundum legem mandati carinalis, (quæ solum corpus non animam purificabat et quæ cum carne moriebatur, sacerdos) factus est, sed secundum (mandatum Dei Patris qui dedit ei et ejus sacerdotio) virtutem vitæ insolubilis (et immortalis, sicut et ipse Deus per os Davidis)

Contestatur (seu testatur) enim, (dicendo) quoniam (seu quòd) « tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise-

Translato enim sacerdotio, necesse est ut et legis translatio fiat.

In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est de qua nullus altari præsto fuit :

Manifestum est enim quòd ex Juda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.

Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alias sacerdos,

Qui non secundum legem mandati carinalis factus est sed secundum virtutem vitæ insolubilis;

Contestatur enim : Quoniam tu es sacerdos in æ-

ternum secundum ordinem Melchi-sedech.

Reprobatio quidem fit (seu facta est) præcedentis mandati (seu legis veteris. Quare autem lex vetus reprobata est?) propter infirmitatem ejus et inutilitatem (quoad peccatorum expiationem et salutem hominum) :

Nihil enim ad perfectum adduxit lex : introduc-tio vero melioris proximamus ad Deum.

Et quantum est non sine jurejurando, alii quidem sine jurejurando sacerdotes facti sunt;

Hic autem cum jurejurando per eum qui dixit ad illum: Juravit Dominus et non paenitebit eum : Tu es sacerdos in æternum;

In tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus.

Et ali quidem

dech » : (ergo sacerdotium vetus abolitum est ; atqui lex sacerdotio connexa est ; ergo)

Reprobatio quidem fit (seu facta est) præcedentis mandati (seu legis veteris. Quare autem lex vetus reprobata est?) propter infirmitatem ejus et inutilitatem (quoad peccatorum expiationem et salutem hominum) :

Nihil enim (seu nullum hominem) ad (virum) perfectum adduxit lex (vetus; ideo in ejus locum facta est) introductio vero melioris (sacerdotii et melioris) spei, per quam (certissime) proximamus ad Deum (et ad vitam æternam. Insuper)

Et (intelligite) quantum (sacerdotium et lex Christi est præstans sacerdotio et legi veteri, ex eo quod sacerdotium Christi) non (constitutum est) sine jurejurando, (dum) alii quidem (nempe aaronici) sine jurejurando sacerdotes facti sunt, (quasi momentanei et minoris momenti).

Hic autem, (scilicet, Christus) cum jurejurando (constitutus est sacerdos) per eum (Deum Patrem) qui dixit ad illum : Juravit Dominus et non paenitebit eum, (seu juravi et me non paenitebit juravisse quod) : « Tu es sacerdos in æternum » : (tanti momenti erat hoc Christi sacerdotium, et)

In tantum (seu tanto) melioris testamenti (seu fœderis) sponsor factus est (ille) Jesus!

Et (adhuc alio modo Pontifex Jesus sa-

cerdotibus veteris legis præstat, scilicet, in eo quod alii quidem (nempe aaronici) plures facti sunt (et sibi successerunt) sacerdotes, idcirco (seu eo) quod morte tollerentur et sic) prohiberentur permanere (in sacerdotio) :

Hic autem (Jesus), eo quod maneat (vivens) in æternum, sempiternum (quoque) habet sacerdotium ;

Unde et salvare (potest non tantum in hac vita et temporalia obtinere bona, ut sacerdos aaronicus, sed) in perpetuum (et ad vitam æternam) potest (salvare) accedentes per semetipsum (novæ legis Pontificem) ad Deum (Patrem suum, quia est) semper vivens ad interpellandum pro nobis : (et)

Talis enim decebat, (seu necesse nobis erat) ut nobis esset Pontifex, (qui foret) sanctus, (seu omnis labis expers et pius erga Deum), innocens (qui nemini noceret et proximo benefaceret), impollutus (seu immaculatus erga seipsum), segregatus (morum integritate et longe distans) a peccatoribus, et excelsior (omnibus Angelis et creaturis que sunt in) coelis factus ; (is esse debebat, inquam),

Qui non habet necessitatem quotidie (seu quotidianam), quemadmodum (habebant) sacerdotes (aaronici), prius pro suis (propriis) delictis hostias offerre (et) deinde pro (delictis) populi : (atqui talis fuit Christus Pontifex qui) hoc fecit (omnia

plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere ;

Hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium ;

Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pronobis.

Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior coelis factus,

Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro

populi ; hoc enim
fecit semel seip-
sum offerendo :

Lex enim ho-
mines constituit sacerdotes infir-
mitatem haben-
tes ; sermo autem
jurisjurandi, qui
post legem est,
Filium in æter-
num perfectum.

omnium peccata expiando et semel (et
unica oblatione) se ipsum offerendo. (Ex
supra dictis colligit quanto sacerdotium
Christi præstet legis veteris sacerdotio,
et hæc dicta sic resumo : Illi, quos vetus)

Lex enim homines constituit sacerdotes, (erant nonnisi mortales et peccatores et)
infirmitatem (seu impotentiam peccata ex-
piandi) habentes ; sermo autem jurisjurandi,
qui, post legem (datam Mosi et Aaroni
edictus) est (et per quem Deus Pater jura-
vit Christo « Tu es sacerdos in æternum, »
hic sermo, inquam, constituit) Filium
(suum Pontificem) in æternum (perman-
surum et omnino et in omnibus) perfe-
ctum.

CAPUT VIII.

Ostendit Apostolus Christi sacerdotium aaronico præstare tan-
quam corpus umbræ. A sacerdotio transit ad testamentum, et
docebat vetus Testamentum abolitum quoque fuisse per novum, utpote
quod novum Dei leges scribat non in tabulis lapideis sed in corde
et in mente.

Capitulum au-
tem super ea quæ
dicuntur : talem
habemus Pontifi-
cem qui consedit
in dextera sedis
magnitudinis in
cœlis,

(Id quod sequitur nihil aliud est quam)
Capitulum (vel compendium) autem su-
per ea (seu de iis) quæ (de præstantia sa-
cerdotii Christi jam dicta sunt et modo) di-
cuntur, (nempe quod) talem (seu præstan-
tissimum habemus Pontificem, quippe qui
consedit in dextera sedis (seu throni
divinæ) magnitudinis in cœlis, (et qui est
sancti)

Sanctorum minister et tabernaculi, (non
levitici quod nonnisi umbraticum erat,
sed) veri quod fixit (seu erexit ipse) Domini-
nus et non homo. (Et quamvis Christus se-
deat in cœlo, est tamen Pontifex ; atqui)

Omnis enim pontifex ad offerendum
munera et hostias (in pontificatu) consti-
tuitur ; unde necesse est hunc (pontificem
in manu) habere aliquid quod offerat ;
(ergo et Christus, qui est Pontifex, aliquid
offerre debet in cœlo).

Si (autem) ergo (Christus) esset (sacer-
dos tantummodo) super terram (seu ter-
renus et non aliud sacrificium offerendum
haberet ac sacerdotes Aaronis, non esset
opus alio sacerdote secundum ordinem
Melchisedech ; proindeque Christus) nec
esset (quidem) sacerdos, cum (jam) essent
(sacerdotes nempe aaronici) qui offerent
(quæ offerenda erant) secundum legem
munera ; (sed isti sacerdotes aaronici
non nisi Christum adumbrabant, quippe)

Qui (altari veteri solummodo tanquam)
exemplari et umbræ (sacerdotii Christi)
deserviunt, (et quorum sacrificia nihil
aliud sunt quam adumbratio mysteriorum)
cœlestium (quæ a Christo fiunt in cœlo),
sicut responsum est (a divino oraculo)
Moysi, cum consummaret (et perficeret)
tabernaculum (ubi requiesceret arca Do-
mini) : Vide, inquit (istud oraculum), et
omnia, (quæ ad tabernaculum tuum spe-
ctant), facito secundum exemplar quod tibi
(per quadraginta dies, quibus mecum in

Sanctorum mi-
nister et taberna-
culi veri, quod fix-
it Dominus et
non homo :

Omnis enim
pontifex ad offe-
rendum munera
et hostias consti-
tuitur ; unde ne-
cessere est et hunc
habere aliquid
quod offerat.

Si ergo esset
super terram, nec
esset sacerdos,
cum essent qui
offerent secun-
dum legem mune-
ra,

Qui exemplari
et umbra deser-
viunt cœlestium,
sicut responsum
est Moysi cum
consummaret ta-
bernaculum : Vi-
de, inquit, om-
nia facito secun-
dum exemplar
quod tibi ostend-
sum est in monte.

Sina versatus es), ostensum est (tibi a me) in monte (Sina ; et cura ut per illa adumbrentur sacrificium sacerdotium et Ecclesia Christi mei. Vetus sacerdotium igerat tantummodo adumbratio sacerdotii tur Christi, qui)

Nunc autem melius sortitus est ministerium, quando et melioris testamenti mediator est, quod in melioribus reprobationibus sancitum est.

Nunc autem (eo) melius (et præstantius) sortitus est (sacerdotium et) ministerium quanto et melioris testamenti mediator est ; (atqui veteri testamento præstantius est novum testamento, (utpote) quod in melioribus reprobationibus sancitum est ; (vetus enim nonnisi terrena, novum autem cœlestia bona præstat ; ergo et sacerdotium Christi est quoque præstantius sacerdotio veteri. Insuper, non autem solummodo est præstantius, sed etiam est necessarium saluti et perfectioni hominum Christi testamentum).

Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur :

Nam si illud prius (seu vetus testamen- tum) culpa seu infirmitate vacasset (et ad perfectionem et salutem sufficiens fuisse), non utique secundi (testamenti) locus (fuisse nec) inquireretur (illud ut necessarium. Non autem sufficiens erat prius testamentum) ;

Vituperans enim eos (quibus prius testamen- tum datum fuerat, et ejus infirmitatem condemnans), dicit (Jeremias) : Ecce dies venient, dieit Dominus, et consummabo super domum Israel, et super domum Juda (seu cum Israel et Juda) testamentum novum,

Non secundum

Non secundum testamentum quod feci

(cum) patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra Ægypti ; (illud enim testamentum irritum ipsi fecerunt), quoniam ipsi non permanserunt (fideles) in (illo) testamento meo ; et (propter hanc eorum infidelitatem) ego neglexi (et reprobavi) eos, (et hoc fœdus rescidi, dicit Dominus ; sed vobis annuntio)

Quia (seu quod) hoc est testamentum (novum) quod disponam (et proponam) domui Israel post dies illos (in quibus a me et a mea Ecclesia Judæos rejecero), dicit Dominus : (hoc novum fœdus cum novo populo meo feriam) dando (et scribendo) leges meas (non jam in tabulis lapideis sed) in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas, (ita ut, sicut dicit Jeremias, charitas mea diffundatur in cordibus eorum) ; et ero eis in Deum (quem ipsi corde diligent et fideliter colent), et ipsi erunt mihi in populum (novæ electio- nis et peculiarem) :

Et non (amplius, ut olim inter vos, dif- ficillime propter legis vestræ multiplices et gratia vacuas quæstiones) docebit unusquisque proximum suum et unusquisque fratrem suum, dicens : Cognoscere Dominum (et disce omnia intellectu et retentu diffi- cillima quæ in lege continentur ; sed ea, quæ ad salutem necessaria sunt, ad pauca revocabo quæ a simplicibus et pueris fa- cile intelligentur et retinebuntur ; et insu- per ego eos interius docebo ut statim hæc

testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum ut educerem illos de terra Ægypti ; quoniam ipsi non permanserunt in te- stamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus,

Quia hoc est te- stamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus : Dando leges meas in mentem eorum et in corde eorum superscribam eas ; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum :

Et non docebit unusquisque proximum suum et uniusquisque fra- trem suum dicens : Cognoscere Domi- num ; quoniam omniscient me a minore usque ad majorem eorum.

queæ edocebuntur percipient; et inde eveniet) quoniam (seu quòd) omnes scient me (et meam novam doctrinam mox cognoscent) a minore usque ad majorem eorum, (non cognitione speculativa sed affectuosa et practica. Ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum dilectum et docilem),

Quia propitius ero iniquitatibus eorum; ero iniquitatibus eorum et peccatorum eorum jam non memorabor;

(sed ea condonabo ut nihil ad vitam æternam impedimenti eis relinquatur. Nunc ad hoc attendite quòd Deus novum vocavit hoc testamentum; atqui)

Dicendo autem (hoc esse) novum, (nonne) inveteravit (seu vetus declaravit esse) prius? (atqui) quod *autem* antiquatur et senescit, (nonne) prope interitum est? (Certe; et illud vetus testamentum penitus abolitum esse ex modo dicendis intelligere vobis in promptu erit).

CAPUT IX.

Veteris legis cessationem pergit probare Apostolus ex fabrica et significatione tabernaculi quod erat figura Ecclesiae Christi. Docet Pontificem veterem, semel tantum in anno cum hincorum sanguine introcuntem in Sancta sanctorum. significasse Christum qui per sanguinem suum ingressus in cœlum, illud aperuit et redemptionem æternam nobis comparavit. Docet Christum esse mediatorem novi Testamenti, quia illud suo sanguine confirmavit, sicut sanguine hincorum confirmatum est vetus testamentum. Docet Christum per sanguinem suum ingressum esse in cœlum, ut appareat vultui Dei pro nobis et sit expectantibus se in salutem.

Habuit quidem et prius (testamentum) justificationes (seu mandata destinata) culturæ (seu cultui Dei), et sanctum (tabernaculum) sacerdotiale (seu temporale et caducum quod repræsentabat Ecclesiam eo qui sequitur modo):

Tabernaculum enim, (seu tabernaculi atrium quod a Moyse) factum (et institutum) est (ut) primum (tabernaculi atrium, et) in quo erant (posita) candelabra et mensa (cui credita) et (imposita erat) propositio panum, (est tabernaculi pars) quæ dicitur sancta; (et hæc pars repræsentabat Ecclesiam militantem, quæ Deum in terra nonnisi per fidem a velo significatam contemplatur):

Post velamentum autem (erat aliud) secundum (et posterius) tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum (seu tabernaculum sanctissimum),

Habuit quidem et prius justificationes culturæ et sanctum sacerdotiale.

Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra et mensa et propositio panum quæ dicitur Sancta;

Post velamentum autem secundum, tabernaculum quod dicitur Sancta sanctorum

queæ edocebuntur percipient; et inde eveniet) quoniam (seu quòd) omnes scient me (et meam novam doctrinam mox cognoscent) a minore usque ad majorem eorum, (non cognitione speculativa sed affectuosa et practica. Ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum dilectum et docilem),

Quia propitius ero iniquitatibus eorum; ero iniquitatibus eorum et peccatorum eorum jam non memorabor;

(sed ea condonabo ut nihil ad vitam æternam impedimenti eis relinquatur. Nunc ad hoc attendite quòd Deus novum vocavit hoc testamentum; atqui)

Dicendo autem (hoc esse) novum, (nonne) inveteravit (seu vetus declaravit esse) prius? (atqui) quod *autem* antiquatur et senescit, (nonne) prope interitum est?

(Certe; et illud vetus testamentum penitus abolitum esse ex modo dicendis intelligere vobis in promptu erit).

Dicendo autem antiquatur et senescit, prope interitum est.

CAPUT IX.

Veteris legis cessationem pergit probare Apostolus ex fabrica et significatione tabernaculi quod erat figura Ecclesiae Christi. Docet Pontificem veterem, semel tantum in anno cum hincorum sanguine introcuntem in Sancta sanctorum. significasse Christum qui per sanguinem suum ingressus in cœlum, illud aperuit et redemtionem æternam nobis comparavit. Docet Christum esse mediatorem novi Testamenti, quia illud suo sanguine confirmavit, sicut sanguine hincorum confirmatum est vetus testamentum. Docet Christum per sanguinem suum ingressum esse in cœlum, ut appareat vultui Dei pro nobis et sit expectantibus se in salutem.

Habuit quidem et prius (testamentum) justificationes (seu mandata destinata) culturæ (seu cultui Dei), et sanctum (tabernaculum) sacerdotiale (seu temporale et caducum quod repræsentabat Ecclesiam eo qui sequitur modo):

Tabernaculum enim, (seu tabernaculi atrium quod a Moyse) factum (et institutum) est (ut) primum (tabernaculi atrium, et) in quo erant (posita) candelabra et mensa (cui credita) et (imposita erat) propositio panum, (est tabernaculi pars) quæ dicitur sancta; (et hæc pars repræsentabat Ecclesiam militarem, quæ Deum in terra nonnisi per fidem a velo significatam contemplatur):

Post velamentum autem (erat aliud) secundum (et posterius) tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum (seu tabernaculum sanctissimum),

Habuit quidem et prius justificationes culturæ et sanctum sacerdotiale.

Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra et mensa et propositio panum quæ dicitur Sancta;

Post velamentum autem secundum, tabernaculum quod dicitur Sancta sanctorum

Aureum habens thuribulum et arcam testamenti circumtextam ex omni parte auro, (et) in qua (erant) urna aurea habens (seu continens) manna, et virga Aaron quæ fronduerat, et tabulæ (mosaici) testamenti;

Superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium de quibus non est modo dicendum per singula.

His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes :

In secundo autem tabernaculi atrio, nempe intra Sancta sanctorum, semel in anno, (in festo expiationum), solus (intrat) pontifex, non sine sanguine quem offert pro sua et populi ignorantia,

Hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam (seu aperfam) esse sanctorum (coelorum) viam, (quorum San-

Aureum habens thuribulum et arcam testamenti circumtextam ex omni parte auro, (et) in qua (erant) urna aurea habens (seu continens) manna, et virga Aaron quæ fronduerat, et tabulæ (mosaici) testamenti;

Superque eam (arcam) erant Cherubim gloriæ (seu gloriosa et) obumbrantia propitiatorium (seu tabulam auream, qua tegebatur arca; hæc omnia plena erant mysteriū), de quibus non est modo dicendum per singula (seu singulatum): hæc secunda pars tabernaculi repræsentabat Ecclesiam triumphantem, seu cœlum quod est Dei et beatorum domus æterna.

His vero ita compositis (seu dispositis), in priori quidem tabernaculo, (nempe in sancto) semper (seu quotidie) introibant sacerdotes, (ut) sacrificiorum officia (seu sacros ritus essent) consummantes (seu peragentes).

In secundo autem (tabernaculi atrio, nempe intra Sancta sanctorum), semel in anno, (in festo expiationum), solus (intrat) pontifex, non sine sanguine (effuso vituli) quem offert pro sua (infirmitate) et (hinc) quem immolat pro populi ignorantia (seu peccatis); solus Pontifex intrabat, inquam, per)

Hoc (autem) significante Spiritu sancto nondum propalatam (seu aperfam) esse sanctorum (coelorum) viam, (quorum San-

cta sanctorum erat figura), adhuc priore tabernaculo (in quo erat lex mosaica) habente statum, (id est, quandiu staret hæc lex mosaica);

Quæ, (seu hoc tabernaculum) est (seu erat) parabola (et exemplar eorum quæ agenda erant per totam durationem) temporis (legis tunc) instantis, juxta quam (legem) munera et hostiæ offeruntur quæ non possunt juxta (seu quoad) conscientiam perfectum facere (hominem huic legi) servientem, (siquidem hic cultus consistebat non in spiritu et in mentis interna pietate sed fere) solummodo in (discernendis) cibis et in potibus (a lege vetitis aut approbatis),

Et (in) variis baptismatibus (seu ablutionibus), et (in) justitiis (seu purificationibus) carnis usque ad tempus correctionis (a Christo faciendæ) impositis. (Nunc videte quomodo Christus his omnibus, nempe tabernaculi fabrica et pontifice veteri et victimis et cæremoniis, adumbratus sit):

Christus autem assistens (seu existens tanquam) Pontifex, (nobis obtenturus collationem) futurorum bonorum (spiritualium et cœlestium) per amplius et perfectius tabernaculum (quam Sancta sanctorum, scilicet per Ecclesiam militantem quæ est tabernaculum) non (hominis) manufactum, id est, non hujus (seu non humanae) creationis (artificio conditum: Christus, inquam),

Neque, (sicut veteris legis pontifex),

tam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum;

Quæ parabola est temporis instantisjuxta quam munera et hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem solummodo in cibis et in potibus,

Et variis baptismatibus et justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis.

Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est non hujus creationis,

Neque per san-

guinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemp-

tione inventa.

per (effusum) sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium (suum) sanguinem (in cruce effusum), introivit semel (et per unicam oblationem) in sancta (seu in Ecclesiam triumphantem in cœlis), æterna (gloria) redemptione (seu per redemtionem suam nobis) inventa (seu acquisita). Quæ redemptio multum differt a purificationibus antiquæ legis;

Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat seu purificabat et proficiebat ad emundationem, (non conscientiae sed) carnis (inquinatae et contactu cadaveris aut cuiusvis rei immundæ, a fortiori et)

Quanto magis sanguis Christi, qui, per Spiritum sanctum (ad id eum moventem), semetipsum obtulit immaculatum Deo (Patri suo, ad nostri emundationem par est; virtus autem ejus sanguinis non consistet in emundatione carnis, sed) emundabit (ipsam) conscientiam nostram ab operibus mortuis (seu a peccatis, et nos reddet aptos) ad (convenienter) servendum Deo viventi (qui operibus mortuis omnino repugnat).

Et ideo novi testamenti media-tor est, ut morte intercedente in redemptionem ea-
testamento, re-promissionem ac-

Et (quia Christus sanguine suo hanc conscientiæ emundationem, cui sacrificium vetus impar erat, perficere potest), ideo novi testamenti, (quo non tempora-
rum prævaricationum quæ e-
rant sub priori testamento, re-
promissionem ac-

rum committenda erant, sed etiam) ea-
rum prævaricationum quæ (commissæ)
erant (tum sub lege naturæ tum) sub prio-
ri testamento, re-promissionem (seu pro-
missam) salutem accipiant (illi) qui (tempo-
re legis et postea) vocati sunt (ad participa-
tionem) æternæ hæreditatis. (Et hæc
Christi mors, quæ intervenit, necessaria
fuit nobis et nostræ redemptio: non
enim per simplicem donationem sed per
testamentum hominibus promissa est
æterna haereditas; atqui)

Ubi enim testamentum (adest, ibi) mors
(testatoris debet necessario intervenire);
necessæ est, (inquam, ut) intercedat (mors)
testatoris, (siquidem sine ea testamentum
obtinere suam executionem non potest:
ergo necessaria fuit mors Christi ut ejus
testamenti hæredes fieremus);

Testamentum enim, (ut dixi, nonnisi)
in mortuis (seu per et post testatoris mor-
tem) confirmatum est, (et nonnisi ea con-
ditione hæreditas colligitur; et) alioquin
(testamentum) nondum valet dum vivit
(ille) qui testatus est.

Unde nec primum (seu vetus testamen-
tum) quidem sine (aliquot victimarum)
sanguine dedicatum (et sanctum est,
(sic significans testamentum secundum
sanguine Christi sanctum fore: nam in
Scriptura legitur quodd in die promulga-
tionis legis mosaicæ),

Lecto enim (omni) mandato legis a Moyse
universo populo, (ille Moyses fuit) acci-

cipiant qui vocati
sunt æternæ hæ-
reditatis.

Ubi enim testa-
mentum, mors ne-
cessæ est interce-
dat testatoris;

Testamentum e-
nim in mortuis
confirmatum est,
alioquin nondum
valet, dum vivit
qui testatus est:

Unde nec pri-
mum quidem si
ne sanguine de-
dicatum est.

Lecto enim
mandato legis a

Moyse universo populo, accipiens sanguinem vitulorum et hircorum cum aqua et lana coccinea et hyssopo; (et ex eis) ipsum quoque librum et omnem populum aspersit, (significans per lanam coccineam Christi carnem passionis suæ sanguine rubricatam, per hyssopum qui pulmonis tumor medetur significans Christi humanitatem nos a peccato sanantem, et per aspersionem sanguinis animalium significans penam legis transgressoribus imminentem : librum, inquam, et omnem populum Moyses aspersit,

Dicens : Hic sanguis testamenti quod mandavit ad vos Deus :

Etiam tabernaculum et omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit;

Et omnia pene (quæ sunt immunda) in sanguine secundum legem mundantur (quoad immunditiam legalem non autem quoad reatum conscientię), et sine sanguinis effusione non fit remissio (legalis : atqui si)

Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari; ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis :

piens sanguinem vitulorum et hircorum cum aqua et lana coccinea et hyssopo; (et ex eis) ipsum quoque librum et omnem populum aspersit, (significans per lanam coccineam Christi carnem passionis suæ sanguine rubricatam, per hyssopum qui pulmonis tumor medetur significans Christi humanitatem nos a peccato sanantem, et per aspersionem sanguinis animalium significans penam legis transgressoribus imminentem : librum, inquam, et omnem populum Moyses aspersit)

Dicens : Hic (est) sanguis (sancitor) testamenti quod mandavit ad vos (et a vobis servari jussit) Deus : (postea et aliquanto post),

Etiam tabernaculum et omnia vasa (ad usum) ministerii (destinata) sanguine (victimarum similiter) aspersit : (unde videas quod)

Et omnia pene (quæ sunt immunda) in sanguine secundum legem mundantur (quoad immunditiam legalem non autem quoad reatum conscientię), et sine sanguinis effusione non fit remissio (legalis : atqui si)

Necesse est (seu fuit) ergo (ea legis veteris quæ erant) exemplaria quidem (rerum) cœlestium (seu Ecclesiæ, scilicet, tabernaculum et testamentum et populum ipsum), his (victimis carnalibus) mundari; ipsa autem (igitur) cœlestia (seu Ecclesia, quæ est quoddam cœleste tabernaculum, habens cœlestem victimam et cœlestem

doctrinam et populum cœlestis et angelicæ vitæ cui cœlum paratur, mundanda erat ab hostiis et imo a) melioribus hostiis¹ quam (ab) istis. (Ecclesiam modo vocavi cœlestia (seu cœlestem, quia)

Non enim in manufacta Sancta (sanctorum) Jesus introivit, (quæ erant tantummodo) exemplaria (seu figura) verorum (seu veri tabernaculi quod est cœlum); sed in ipsum cœlum introivit ubi sedet in æternum ad dexteram Patris), ut appareat nunc (et semper) vultui Dei (intercedens) pro nobis. (Nunc addo quod)

Neque (in hoc cœlum ingressus est) ut saepe offerat semetipsum, (quasi unica sui oblatio non pro semper sufficeret ad expiationem omnium peccatorum), quemadmodum (non sufficiebat una oblatio victimarum quas offerebat) pontifex (vetus qui) intrat (seu intrabat) in sancta per singulos annos (ad immolandum novas victimas et ad repetenda sacrificia quæ consistebant) in sanguine alieno. (Unica autem Christi sufficiens fuit oblatio ; et ejus redemptio, semel facta, æterna est);

Alioquin oportebat (seu oporteret et oportuisset) eum frequenter (passum fuisse et in futurum) pati ab origine (usque ad finem) mundi, (ut saluti omnium consularet; non ita est; mors autem ejus, ab æterno decreta, omnibus hominibus ab

Non enim in manufacta Sancta Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum ut appareat nunc vultui Dei pro nobis:

Neque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno :

Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad

¹ Plures hostiæ dicuntur in eo sensu quod hæc et eadem hostia a pluribus sacerdotibus offertur.

destitutionem
peccati, per ho-
stiam suam appa-
ravit:

origine mundi ad finem existentibus pro-
posita fuit, ut in eam credentes et speran-
tes et per eam poscentes peccatorum
remissionem impetrarent: unde de eo
dicendum est quod nunc autem semel
(immolatus) in consummatione sacerdotum
(seu in ultima mundi ætate) ad destinatio-
nem (seu destructionem) peccati, per ho-
stiam suam (seu cum sanguine suo semel
pro semper oblato) apparuit (Deo Patri
in cœlo, sacrificium cruentum non reno-
vaturus);

Et quemadmo-
dum statutum est
hominibus semel
mori, post hoc au-
tem judicium,

Sic et Christus
semel oblatus est
ad multum ex-
haurienda pecca-
ta: secundo sine
peccato apparebit
expectantibus se
in salutem.

Et quemadmodum statutum (et imposi-
tum) est (omnibus) hominibus semel mori
(et) post hoc autem (venire ad) judici-
cium,

Sic et Christus semel (ad mortem acce-
dens) oblatus est (semel) ad multorum
(seu omnium) exhaurienda (et in seipso
perferenda) peccata; (et) secundo (veniet
ad judicium, non ut judicetur, siquidem)
sine peccato (est; sed ut judex) apparebit
(omnibus hominibus) expectantibus se,
(ut sit infidelibus in ruinam, fidelibus vero)
in salutem.

CAPUT X.

Docet Apostolus, non hostiis aaronicis licet multis, sed unica
Christi hostia peccata expiari posse. Deinde, a dogmatibus ad
mores transiens, urget Hebreos ut in fide constantes sint, tum ob
terrorem vindictæ Dei, tum ob pristinam eorum constantiam,
tum quia post modicum tempus veniet Christus judex et libera-
tor noster.

(Diximus legem et ejus sacrificia non
habuisse vim expiandi peccata et homines
sanctificandi. Hæc est autem hujus impo-
tentiae causa):

Umbram enim (solam) habens lex (ve-
tus) futurorum bonorum (quaæ afferenda
erant a novo Testamento), non (autem
habens) ipsam (clare expressam) imagi-
nem (seu veritatem) rerum, (hæc lex, in-
quam, frustra, quoad hominum sanctifi-
cationem, vacat offerendis) per singulos
annos eidem ipsis hostiis (gratia vacuis),
quas (ejus pontifices) offerunt indesinen-
ter; nunquam (enim) potest accedentes
(ad hæc sacrificia sanctificare et) perfe-
tos facere :

Alioquin, (si hæc sacrificia potuissent
homines a peccatis purgare, jampridem)
cessassent offerri¹, ideo quod (jampridem)
nullam haberent ultra (apud suam) con-
scientiam peccati (labem) sive pontifices sive
mel mundati;

¹ Ne inde concludas sacrificium Missæ tollendum esse, quia Christus unica
oblatione pro peccatis satisfecit. Passio enim Christi causa fuit reparationis
nostræ sed causa universalis; cause autem universales non agunt nisi adhi-
beantur cause particulares. Sic sol et homo generant hominem, non autem
sol sine nomine: sic passio Christi utpote causa universalis applicatur ho-
mini per causas particulares nempe sacrificium Missæ et sacramenta.

Umbram enim
habens lex futu-
rorum bonorum,
non ipsam imagi-
nem rerum, per
singulos annos
eisdem ipsis ho-
stiis quas offerunt
indesinenter.nun-
quam potest ac-
cedentes perfe-
tos facere :

destitutionem
peccati, per ho-
stiam suam appa-
ravit:

origine mundi ad finem existentibus pro-
posita fuit, ut in eam credentes et speran-
tes et per eam poscentes peccatorum
remissionem impetrarent: unde de eo
dicendum est quod nunc autem semel
(immolatus) in consummatione sacerdotum
(seu in ultima mundi ætate) ad destinatio-
nem (seu destructionem) peccati, per ho-
stiam suam (seu cum sanguine suo semel
pro semper oblato) apparuit (Deo Patri
in cœlo, sacrificium cruentum non reno-
vaturus);

Et quemadmo-
dum statutum est
hominibus semel
mori, post hoc au-
tem judicium,

Sic et Christus
semel oblatus est
ad multum ex-
haurienda pecca-
ta: secundo sine
peccato apparebit
expectantibus se
in salutem.

Et quemadmodum statutum (et imposi-
tum) est (omnibus) hominibus semel mori
(et) post hoc autem (venire ad) judici-
cium,

Sic et Christus semel (ad mortem acce-
dens) oblatus est (semel) ad multorum
(seu omnium) exhaurienda (et in seipso
perferenda) peccata; (et) secundo (veniet
ad judicium, non ut judicetur, siquidem)
sine peccato (est; sed ut judex) apparebit
(omnibus hominibus) expectantibus se,
(ut sit infidelibus in ruinam, fidelibus vero)
in salutem.

CAPUT X.

Docet Apostolus, non hostiis aaronicis licet multis, sed unica
Christi hostia peccata expiari posse. Deinde, a dogmatibus ad
mores transiens, urget Hebreos ut in fide constantes sint, tum ob
terrorem vindictæ Dei, tum ob pristinam eorum constantiam,
tum quia post modicum tempus veniet Christus judex et libera-
tor noster.

(Diximus legem et ejus sacrificia non
habuisse vim expiandi peccata et homines
sanctificandi. Hæc est autem hujus impo-
tentiae causa:

Umbram enim (solam) habens lex (ve-
tus) futurorum bonorum (que afferenda
erant a novo Testamento), non (autem
habens) ipsam (clare expressam) imagi-
nem (seu veritatem) rerum, (hæc lex, in-
quam, frustra, quoad hominum sanctifi-
cationem, vacat offerendis) per singulos
annos eidem ipsis hostiis (gratia vacuis),
quas (ejus pontifices) offerunt indesinen-
ter; nunquam (enim) potest accedentes
(ad hæc sacrificia sanctificare et) perfe-
tos facere:

Alioquin, (si hæc sacrificia potuissent
homines a peccatis purgare, jampridem)
cessassent offerri¹, ideo quod (jampridem)
nullam haberent ultra (apud suam) con-
scientiam peccati (labem) sive pontifices sive

Umbram enim
habens lex futu-
rorum bonorum,
non ipsam imagi-
nem rerum, per
singulos annos
eisdem ipsis ho-
stiis quas offerunt
indesinenter.nun-
quam potest ac-
cedentes perfe-
tos facere :

Alioquin ces-
sassent offerri id-
eo quod nullam
haberent ultra
conscientiam pec-
cati cultores se-
mel mundati;

¹ Ne inde concludas sacrificium Missæ tollendum esse, quia Christus unica
oblatione pro peccatis satisfecit. Passio enim Christi causa fuit reparationis
nostræ sed causa universalis; causa autem universales non agunt nisi adhi-
beantur cause particulares. Sic sol et homo generant hominem, non autem
sol sine nomine: sic passio Christi utpote causa universalis applicatur ho-
mini per causas particulares nempe sacrificium Missæ et sacramenta.

populus qui sunt eorum) cultores, (siquidem ab uno ex his sacrificiis) semel (oblato sufficienter fuissent) mundati.

Sed in ipsis
commemoratio
peccatorum per
singulos annos fit.

Sed (non ita est; et), in ipsis (sacrificiis dierum expiationis), commemoratio peccatorum per singulos annos (commissorum singulis annis) fit: (unde patet vim purgandi peccata his sacrificiis non inesse. Si objicies quod idem dici potest de sacrificio Missæ quod quotidie repetitur, responsum mox dabitur et differentia stabilietur. Dixi sacrificia vetera non potuisse auferre peccata):

Impossible enim est sanguine taurorum et bircorum auferri peccata.

Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam et oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi;

Ideo (Christus, illa auferre volens, seipsum ut victimam obtulit; et ingrediens (in) mundum (per incarnationem et) nativitatem suam) dicit (Patri suo): Hostiam (taurorum) et oblationem (incretuam similæ et panis et vini et olei) noluisti (et rejecisti); corpus autem, (quod tibi pro peccatis victimam offeram, plasmasti et) aptasti mihi: (Ego videns quod)

Holocausta (seu hostiæ legis, utpote) pro peccato (expiando insufficientia), non tibi placuerunt,

Tunc dixi: Ecce (ego) venio (loco hircorum et agnorum, vitam meam tibi oblatu) secundum illud quod in capite (seu in argumento) libri (Scripturæ) scriptum est de me, (scilicet, me esse venturum in

Holocausta
pro peccato non
tibi placuerunt;

Tunc dixi: Ecce
venio; in capite
libri scriptum est
de me ut faciam,
Deus, voluntatem
tuam.

terra) ut faciam, Deus, voluntatem tuam (tibi offerendo victimam, quæ tibi pro peccatis sufficiens et grata sit. Illud autem adverte quod in Scriptura Christus fuit)

Superius dicens: Quia hostias et oblationes et holocausta (legis veteris) pro peccato (accipere) noluisti, nec placita sunt tibi (hæc sacrificia) quæ secundum (hanc) legem offeruntur,

Superius dicens: quia hostias et oblationes et holocausta pro peccato noluisti nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur,

Tunc dixi: Ecce (ego) venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam, (me ipsum in locum eorum offerendo; atque eo ipso quod hoc dicit, abrogat et) aufert primum (sacerdotium et sacrificium) ut sequens (seu suum sacrificium et sacerdotium) statuat, (et sic adimpleat Patris sui voluntatem);

In qua voluntate (Patris et in qua Christi obedientia) sanctificati (et justificati) sumus per oblationem corporis Jesu Christi (oblati pro nobis) semel: (dico semel, ut inferioritatem sacrificii et sacerdotii veteris præ sacerdotio et sacrificio Christi statuam; nam)

Et omnis quidem sacerdos (legis veteris) præsto (seu constanter imo et) quotidie est (altari præsens et) ministrans et easdem sæpe (et plures) offerens hostias quæ, (etsi multiplices), nunquam possunt auferre peccata; (non item de Christo; nam)

Hic autem (Christus) unam (tantum) pro peccatis offerens hostiam (omnia expiavit pro peccatis offe-

In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel:

Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans et easdem sæpe offerens hostias. quæ nunquam possunt auferre peccata.

Hic autem unam pro peccatis offe-

rens hostiam in
sempiternum se-
det in dextera Dei,

De cætero ex-
pectans donec po-
natur inimici e-
jus scabellum pe-
dum ejus :

ALERE FLAMMAM
Una enim obla-
tione consumma-
vit in sempiter-
num sanctifica-
tos.

Contestatur an-
tem nos et Spir-
itus sanctus : post-
quam enim dixit :

Hoc autem te-
stamentum quod
testabor ad illos
post dies illos, di-
cit Dominus : Dando
leges meas in
cordibus eo-
rum et in mentibus
eorum super-
scribam eas ; (et addit) :

Et peccatorum
et iniquitatum eo-
rum jam non re-
cordabor amplius :

Ubi autem ho-
rum remissio, jam
non est oblatio
pro peccato.

et per hanc unicam oblationem cœlum
nobis aperuit et) in sempiternum (glorio-
sus sedet in dextera Dei, (idem sacrifi-
cium ei offerens et)

De cætero (quiete) expectans donec po-
natur inimici ejus, (nempe dæmon et
impii quasi) scabellum (sub planta) pedum
ejus (in die judicii, nihil jam laborandum
et patiendum habens, quia)

Una enim obla-
tione consummavit (et
integre solvit p̄t̄m redēptionis no-
stræ, et) in sempiternum (per hanc uni-
cam oblationem meritus est gratiam quæ
fideles suos efficeret) sanctificatos. (Et hoc)

Contestatur autem (seu admonet) nos
et (ipse) Spiritus sanctus : Postquam enim
dixit, (loquens de novo fœdere cum Chri-
stianis feriendo) :

Hoc terit autem testamentum (novum)
quod testabor ad illos (seu in ibo cum illis)
post dies illos (quibus Judæos rejecero,
scilicet) : Dando (seu dabo) leges meas
(non in tabulis lapideis sed) in cordibus
eorum, et in mentibus eorum superscri-
bam eas; (et addit) :

Et peccatorum et iniquitatum eorum
(per et propter sacrificium Filii mei con-
donatorum) jam non recordabor amplius :
(atqui)

Ubi autem horum (peccatorum facta est)
remissio, jam non est (nova) oblatio (offe-
renda) pro peccato ; (ergo per unicam

oblationem Christus peccatorum remis-
sionis satis consuluit. Unde etiam et iterum
concluditur quod hoc Christi sacrificium
unicum multo præstat sacrificiis veteribus
toties repetitis et ad expiationem peccato-
rum insufficientibus. Nihil refert, quoad
hanc sacrificii Christi unitatem, quod hoc
sacrificium per Missam quotidie comme-
moretur. Missæ enim sacrificium est sa-
crificii Crucis commemoratio et applicatio
suam vim habens ex sacrificio Crucis, et
non impediens quin illud Crucis sacri-
ficium sit unicum quasi materia et fons
sacrificii Missæ, quo pretium sacrificii
Crucis nobis applicatur. Insuper, ut re-
pondeam huic objectioni : ad quid Missæ
sacrificium ? sacrificium Missæ in eo suam
habet rationem quod Ecclesia Christi, eo
sublato, careret sacrificio et sacerdotio,
dum omnis alia religio suum habet sacer-
dotium et sacrificium utpote cuivis religio-
ni essentiale. His dictis ad partem mora-
lem transeamus. Nunc cum simus)

Habentes itaque, fratres, fiduciam (et
spem penetrandi) in introitu sanctorum
(seu cœli) in sanguine (seu per sanguinem)
Christi, (sequendo eam)

Quam initiauit nobis viam novam et
viventem (seu permanentem et quam no-
bis aperuit) per (effractum) velamen (quod
divinitatem ejus operiebat), id est, (per)
carnem suam (quasi discissam qua nobis
aditus patet ad cœlum) ;

Et (cum nunc) sacerdotem magnum

Habentes ita-
que, fratres, fidu-
ciam in introitu
sanctorum in san-
guine Christi,

Quam initiauit
nobis viam no-
vam et viventem
per velamen, id
est, carnem suam,

Et sacerdotem

magnum super
domum Dei.

Accedamus
cum vero cor-
de, in plenitudine
fidei, aspersi cor-
da a conscientia
mala, et abluti cor-
pus aqua munda :

Teneamus spei
nostræ confessio-
nem indeclinabili-
lem, fidelis enim
est qui repromi-
sit ;

Et considere-
mus invicem in
provocationem
charitatis et bo-
norum operum,

Non deserentes
collectionem no-
stram, sicut con-
suetudinis est
quibusdam, sed
consolantes et
tanto magis quan-
to videritis appro-
pinquantem di-
em.

(habemus constitutum) super domum Dei,
(seu super cœlum aut Ecclesiam triun-
phantem, ne timeamus iram Patris ejus) ;

Accedamus (vero ad eum) cum vero
(et sincero) corde, in plenitudine fidei
(seu cum plena fide nihil de promissioni-
bus Christi dubitantes, siquidem a san-
guine Christi) aspersi (sumus et) corda
(nostra sunt ab eo mundata, et liberati
sumus) a conscientia mala, (et) abluti (su-
mus etiam secundum) corpus aqua (baptis-
mi) munda (quæ per ejus sanguinis me-
rita nos purificavit ; ideo)

Teneamus (et nullo modo deseramus
fidem et ejus) confessionem, (quæ est fun-
damentum) spei nostræ ; (eam servemus)
indeclinabilem ; fidelis enim est (in pro-
missis suis ille) Deus, qui (vobis cœlestia
bona) repromisit (ad remunerandam ve-
stram in fide constantiam ; insuper)

Et consideremus (nos) invicem, (non ut
aliis videamus, sed) in provocationem
(seu ut provocemus nos ad exercitium
mutuae, charitatis et bonorum operum ; (et
vos)

Non (estote) deserentes collectionem
(seu ecclesiam) nostram (per apostasiam
aut hæresim), sicut consuetudinis est qui-
busdam (ex vobis) ; sed (estote exhortan-
tes et) consolantes (vos invicem spe bono-
rum futurorum) ; et tanto magis (in fide
et spe state) quanto (propriem esse)
videritis appropinquantem diem (judicij
supremi : Ecclesiam vestram per aposto-

siam aut hæresim, inquam, nolite dese-
rere) ;

Voluntarie enim (taliter) peccantibus
nobis post acceptam notitiam veritatis
jam non (nisi ægre et vix) relinquitur pro
(istiusmodi) peccatis hostia (qua expien-
tur, quia tales apostatæ plane indigni sunt
venia propter certam malitiam quæ fon-
tes misericordiæ claudit ; sed eos manet)

Terribilis autem quædam expectatio ju-
dicii et ignis æmulatio (seu vehementia),
quæ consumptura est (Christi et Eccle-
siæ) adversarios. (Et quid in ea vindicta
mirum ? nam si)

Irritam (ali)quis faciens (et violans) le-
gem Moysi, sine ulla miseratione duobus
vel tribus testibus (convictus, condem-
natur et) moritur,

Quanto magis putatis deteriora (seu
graviora) mereri supplicia (eum) qui Fi-
lium Dei (a sua fide dejecerit et per hanc
apostasiam quasi sub pedibus suis) con-
culeaverit, et (qui) sanguinem, (quo conse-
crata et consignata est sanctio novi) testa-
menti, (quasi aliquid immundum et) pol-
lutum duxerit, (cum ille sit sanguis divi-
nus) in quo sanctificatus est, et (qui) spi-
ritui gratiæ (tantam) contumeliam fecerit ?
(Ne credatis hanc Dei vindictam ab eis
vitandam fore) ;

Scimus enim (quis sit ille) qui dixit :
« Mihi vindicta (debitur) et ego (eam) re-
tribuam, » et (qui) iterum (declaravit)

Voluntarie enim
peccantibus no-
bis post acceptam
notitiam veritatis
jam non relinqui-
tur pro peccatis
hostia ;

Terribilis au-
tem quædam ex-
pectatio judicij et
ignis æmulatio
quæ consumptura
est adversarios.

Irritam quis
faciens legem
Moysi, sine ulla
miseratione duo-
bus vel tribus te-
stibus moritur :

Quanto magis
putatis deteriora
mereri supplicia
qui Filium Dei
conculeaverit, et
sanguinem testa-
menti pollutum
duxerit, in quo
sanctificatus est,
et spiritui gratiæ
contumeliam fe-
cerit ?

Scimus enim
qui dixit : Mihi
vindicta, et ego re-

tribuam, et iterum : quia judicabit Dominus populum suum : (ille Deus est omnipotens. Quid autem magis)

Horrendum est incidere in manus Dei viventis.

Rememormini autem pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuitis passionum,

Et in altero quidem, opprobriis et tribulationibus spectaculum facti in altero autem socii taliter conversantium effecti;

Nam et vinctis compassi estis, et rapinam honorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam.

Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam ha-

quia (seu quod) judicabit Dominus populum suum : (ille Deus est omnipotens. Quid autem magis)

Horrendum est (aut esse potest quam) incidere in manus Dei viventis, (qui omnia videt et omnia ulciscetur. Si igitur hanc terribilem vindictam vitare vultis),

Rememormini autem (hos) pristinos dies, in quibus (a baptismi fide) illuminati (tam) magnum (pro hac fide) certamen sustinuitis (in agone persecutionum et) passionum,

Et (quomodo), in altero quidem, (seu partim quidam ex vobis se exponentes) opprobriis et tribulationibus (pro fide sua) spectaculum (Deo et hominibus insigne) facti (sunt, et quomodo) in altero autem (seu partim alii ex vobis) socii (et sponte fidelium) taliter conversantium (seu patientium participes per vestram in eos compassionem) effecti (sunt) :

Nam (scimus) et (Deus scit quod) vinctis (valde) compassi estis, et (quod) rapinam honorum vestrorum (pro fide tuenda) cum gaudio suscepistis (seu permisistis), cognoscentes (et memorantes) vos habere meliorem et (in cœlo) manentem (aliam) substantiam (seu hereditatem).

Nolite itaque amittere (hanc) confidentiam vestram, (qua haec bona speratis ; sed permanete constantes in vestra fide) quae magnam habet (in cœlo) remunera-

tionem : (perstate in patientia qua duretis in persecutionibus ; haec) bet remuneratio- nem :

Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei (indesinenter) facientes reportetis promissionem (seu haec bona a Deo promissa. Eo patientius sustinet, quod)

Adhuc enim (non restat nisi) modicum aliquantulum (temporis expectandum, antequam ille), qui (ad remunerandum vos) venturus est, veniet ; (cito appropinquat), et non tardabit (post tempus a se praefixum. In fide state, dicit Dominus ; nam)

Justus autem, (qui est) meus, ex fide¹ (non caduca sed inconcussa) vivit ; quod si (per infidelitatem, diffidentiam, aut pusillanimitatem) subtraxerit se (a fide et exciderit, jam) non placebit animæ meæ (seu cordi meo). Spero quod

Nos autem, (fratres), non sumus (et non erimus hujus) subtractionis (seu incredulitatis) filii (quaे) in perditionem (nostram desineret), sed (quod semper erimus filii et defensores) fidei, (quaе nos statuet) in acquisitionem (seu salutem) animæ (nostræ, et nos a morte tum peccati tum inferni tuebitur).

Patientia enim vobis necessaria est ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem :

Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est veniet et non tardabit ;

Justus autem meus ex fide vivit; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.

Nos autem, non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

¹ Non inde excluduntur opera sed necessario requiruntur, quia fides ipsa ea prescribit : sic, cum aliquis pictor dicatur ex arte pictoria vivens, non excluditur sed includitur hujus artus exercitium.

CAPUT XI.

Hebreos in fide Christi corroborat Apostolus ad persecutionum tolerantiam ; describit quid sit fides, quanta bona promittat, quam heroica effecerint vel passi sint veteres patres per hanc fidem animati.

(Dixi justum ex fide vivere. Quid autem est fides, de qua hic specialiter agitur) ?

Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium :

Est autem (haec) fides sperandarum substantia (seu realis in mente existentia) rerum, (qua bona futura, quæ nondum videntur nec possidemus, habemus ut certa ; est quoque) argumentum (seu mentalis manifestatio bonorum et rerum) non (adhuc oculis nostris) apparentium (sed per fidem quasi præsentium : quæ fides pretiosa est coram Deo et hominibus) ;

In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

In hac (seu per hanc fidem) enim testimonium (publicum et laudem hominum) consecuti sunt senes (patres nostri. Dixi eam esse manifestationem non apparentium) :

Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.

Fide (enim) intelligimus (et credimus) aptata (seu partibus inter se coaptatis facta) esse sæcula, (id est, tempora et temporaria, a) verbo (et jussu) Dei, (ita) ut ex invisibilibus (ideis et formis, quæ erant in mente divina, entia) visibilia fierent, (vel etiam ut, ex informi indigestaque mole quæ dicitur chaos, fierent cœli et elementa et aves et pisces et jumenta et reliqua quæ nunc sunt pulchre composita et visibilia).

Fide plurimam (seu præstantiorem) hostiam Abel quam Cain obtulit Deo ; (Cain enim tantum fructus terræ et non ex pri-mitiis ; Abel autem primogenita gregis sui obtulit) ; per quam (fidem Abel) testimonium consecutus est esse justus (et gratus Deo, hoc) testimonium perhibente (de) muneribus ejus (libenter a se acceptis ipso) Deo (per ignem, quo oblationem ejus absumpsit non autem Caini) : et per illam (fidem, esti) defunctus, (nobis) adhuc loquitur (Abel nos ad sui imitationem hor-tans).

Fide, (seu propter fidem, qua innocens coram Deo ambulavit), Henoch translatu-sus est (in paradisum, unde venturus est in fine mundi ad decertandum pro Christo contra Antichristum ; a Deo ex hoc mundo translatu-sus est, inquam), ne videret mortem ; et (in terra) non (usquam) inveniebatur (seu non inventus est), quia transtulit illum Deus ; (sic autem translatu-sus est, quia) ante translationem enim te-stimonium (a Scriptura) habuit placuisse Deo : (atqui)

Sine fide autem impossibile est placere Deo ; (ergo propter fidem suam Henoch Deo placuit. Dixi impossibile esse placere Deo sine fide ; nam ut aliquis illi placeat et illum rite colere possit, ante omnia) credere enim oportet accedentem ad Deum (1°) quia (seu quod existens) est et (2°) quod inquirentibus se remunerato sit.

Fide (etiam) Noe, responso (seu oraculo

Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo ; per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo ; et per illam defunctus adhuc loquitur.

Fide Henoch translatus est ne videret mortem, et non invenieba-tur quia transtu-lit illum Deus ; ante translatio-nem enim testi-monium habuit placuisse Deo :

Sine fide autem impossibile est placere Deo ; credere enim oportet accedentem ad Deum quia est et inquirentibus se remunerato sit.

Fide Noe, re-

sponso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus suæ. per quam damnavit mundum, et iustitiæ quæ per fidem est hæres est institutus.

Fide qui voratur Abraham obedivit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem, et exiti nesciens quo iret.

Fide demoratus est in terra reprobationis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac et Jacob cohæredibus reprobationis ejusdem:

Expectabat enim fundamenta habentem civitatem

(ex ore Dei) accepto de iis (ad diluvium spectantibus) quæ adhuc non videbantur, metuens (et reveritus Deum ejusque oraculo credens), aptavit arcam (quæ prodesset) in salutem domus suæ; per quam (arcæ præparationem) damnavit mundum (Dei verbo et diluvio incredulum); et iustitiæ quæ per fidem (a veteribus patribus) est (seu fuerat acquisita), hæres est (a Deo) institutus.

Fide (ductus erat ille), qui (a Deo propter hanc fidem) vocatur Abraham, (cum) obedivit (dicto Dei illi præcipientis) in locum exire (longinquum et extraneum, quem ex Dei promisso) accepturus erat in hereditatem (suam), et exiti (e regione sua) nesciens quo (seu in quam regionem aut urbem determinatam) iret. (Eadem)

Fide demoratus est (tanquam peregrinus et sine stabili domicilio) in terra, (quæ erat objectum) reprobationis (divinæ, ut hic resideret) tanquam in (terra) aliena, in casulis (et tentoriis) habitando cum Isaac, illum personaliter in hac peregrinatione (comitante), et (etiam indirecete cum) Jacob (et aliis) cohæredibus reprobationis ejusdem (quos in futurum eodem venturos esse jussit). Cur autem sic in tentoriis et absque domicilio stabili commorari consensit? quia per fidem existimabat se non esse terræ civem, et

Expectabat enim (aliam fixa et æterna) fundamenta habentem civitatem, (nempe cœlestem), cuius artifex et conditor (est

ipse) Deus. (Et si muliebre exemplum vos magis moveat, nonne) tem, cuius artifex et conditor Deus.

Fide (seu per fidem) et ipsa Sara steriles, (primum promissioni Dei propter vetustatem suam incredula sed postea credens verbo Angelorum quos Dei legatos esse cognovit), virtutem (retinendi) in conceptionem seminis (a Deo) accepit, etiam præter tempus ætatis, (utpote nonagesimum annum agens; cur autem hoc miraculum obtinuit, nisi) quoniam (promissis suis) fidelem credit esse eum, qui (hunc favorem ei) repromiserat: (et)

Propter quod et (sic firmiter crediderant ambo contra spem in spem), ab uno (homine) (ob senectutem quoad generationem) emortuo (seu impotente) orti sunt (posteri, innumerabiles) tanquam sidera cœli in (seu quoad) multitudinem et sicut arena quæ est ad oram maris (et quæ est) innumerabilis. (Et sicut in fide vixerunt, sic)

Juxta fidem (seu cum fide) defuncti sunt omnes isti, (excepto Henoch, etsi) non acceptis (in hac eorum vita bonis quæ continebantur in) reprobationibus (ad terram Chanaan spectantibus), sed a longe eas (res promissas) aspicientes et (cum magno desiderio) salutantes, et, (sua firma in patriam cœlestem fide) confitentes quia (seu quod tautummodo) peregrini et hospites sunt super (hanc) terram: (atqui illi)

Qui enim hæc dicunt, (scilicet, se tantummodo peregrinari super terram, satis)

Propter quod et ab uno orti sunt et hoc emortuo, tanquam sidera cœli in multitudinem, et sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis.

Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis reprobationibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram;

Qui enim hæc dicunt, significant

se patriam inquirere.

Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi.

Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem: ideo non confunditur Deus eorum: paravit enim illis civitatem.

Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, et unigenitum offerrebat qui suscepserat repromissiones.

Ad quem dictum est: « Quia in Isaac vocabitur tibi semen »,

Arbitrans quia et a mortuis su-

significant se (aliam) patriam (expectare et) inquirere: (haec autem patria non erat profecto regio chanaæa et terrena quam reliquerant; nam)

Et si quidem ipsius (patriæ) meminissent de qua exierunt (et illam revisendi cupidi fuissent, nonne) habuebant utique tempus (et facultatem in eam) revertendi?

Nunc autem (cum videmus eos hoc non reversos fuisse, inde concludendum est quod patriam) meliorem appetunt (seu appetebant), id est, cœlestem: ideo (autem quod per fidem animum in cœlo defixum habebant), non confunditur (seu non erubescit) Deus (specialiter) vocari Deus eorum; paravit enim illis civitatem (quam expectabant et ad quam anhelabant. Sudente et impellente eadem)

Fide, Deo jubenti) obtulit Abraham Isaac, cum (ejus fides usque ad tantum sacrificium) tentaretur; et unigenitum offerrebat qui suscepserat repromissiones, (non dubitans quin Deus aliquem haberet modum quo stirpem promissam daret et completeret):

Ad quem (enim Abramum quoniam a Deo) dictum est (seu dictum fuerat: Promitto) quia (seu quod) in Isaac, (non vero in Ismael), vocabitur (seu nascetur tibi) semen tuum (innumerabile, ille per fidem

Arbitrans quia Arbitrans quia (seu quod) et a mortuis (filium suum suscitare potens est (seu

erat) Deus, (non dubitavit illum ei offerre); scitare potens est unde (meritus est) eum (Isaacum filium Deus, unde eum suum esse in omnibus sæculis citatum), et in parabolam (seu in typum mortis et resurrectionis Christi, et in exemplar obedientiae mirificum; et propter fidem suam hunc tantum) accepit (honorem).

Fide et de futuris bonis, quæ non videbat sed quæ ex Dei promisso fiducialiter expectabat), benedixit Isaac (filiis suis) Jacob et Esau, (et ea illis promisit. Simili)

Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph, (nempe Ephraim et Manasse), benedixit, (eisque eadem bona promisit); et adoravit, (seu se curvando honoravit) fastigium virgæ, (id est, sceptrum et pontestatem) ejus (Josephi, sic in Josepho Christum ex virga Jesse nasciturum adorans).

Fide Joseph (ipse) moriens, de profactione (futura) filiorum Israel ex Ægypto, credens huic profactioni a Deo promissæ, memoratus est; et de ossibus suis mandavit (seu jussit ut in terram Chanaan transferrentur. Eadem patris et matris suæ)

Fide Moyses, (secundum Josephi prophetiam) natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, (oraculo divino creditibus) eo quod vidissent (extraordinarie) elegantem (esse istum) infantem (et inde ejus futuram magnitudinem praesenssisset), et (ob hanc suam fidem) non

Fide et de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau:

Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit, et adoravit fastigium virginæ ejus,

Fide Joseph moriens de profactione filiorum Israel memoratus est et de ossibus suis mandavit.

Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis eo quod vidissent elegantem infantem et non timuerunt regis editum.

timuerunt regis edictum (nec poenam transgressoribus imponendam).

Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis,

Magis eligens affligi cum populo Dei affligi cum populo Dei quam temporalis peccati (et deliciarum aulae) habere (transitoriam) jucunditatem, (quia)

Majores divitias, estimans thesauro Ægyptiorum improprium Christi; aspiriebat enim in remunerationem:

Fide reliquit Ægyptum, noueritus animositatem regis; invisiibilem enim tanquam videns sustinuit.

Fide celebravit pascha et sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiva tangeret eos.

Fide transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram; per aridam ter-

Fide Moyses, (simul atque) grandis factus (est), negavit se esse filium filiæ Pharaonis,

Magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati (et deliciarum aulae) habere (transitoriam) jucunditatem, (quia)

Majores divitias (erat) aestimans, (prædivitiis et) thesauro Ægyptiorum, (nempe ignominiam et) improbum Christi (quem propheticō spiritu prævidebat et cui similis fieri cupiebat; credebat et) aspiciebat in remunerationem (futuram a Deo pro suis laboribus promissam):

Fide (etiam impulsus) reliquit Ægyptum, (non obstantibus fugae periculis, et) non veritus animositatem regis; invisibilem enim (Deum sibi adjutorem), tanquam (si esset eum) videns, sustinuit (seu fiducialiter expectavit):

Fide, (ex Ægypto profecturus), celebravit pascha; et (per) sanguinis effusionem (postes Hebræorum inunxit), ne (Angelus, qui) vastabat (et occidebat) primitiva (seu primogenitos Ægyptiorum), tangeret (et simul occideret) eos (qui Israelitici erant). Eadem in Deum et Moysen)

Fide (ducti, Israelitæ) transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram; quod (idem maris iter) experti Ægyptii (a

mari) devorati sunt, (utpote non eadem ram; quod experti Ægyptii devorati sunt.

Fide, (qua Josue et populus Dei promissioni crediderunt), muri Jericho corruperunt, (facto) circuitu (urbis per spatium dierum septem, (ut a Deo jussum erat).

Fide, (qua) Rahab meretrix (credidit promittenti Jerichuntem et alias urbes Chanaan Hebræis esse tradendas, ipsa) non perii cum incredulis (harum urbium incolis, quia fuerat benigne) excipiens (et tractans) exploratores (a Deo missos) cum pace (et benignitate).

Et quid adhuc (magis) dicam (de fidei effectibus?) Deficiet enim me tempus enarrantem (quæ dicenda essent) de (fide conspicua quæ fuit in) Gedeon, Barac, Samson, Jepheth, David, Samuel et (in prophetis,

Fide muri Jericho corruerunt, circuitu dierum septem.

Fide Rahab meretrix non perii cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Jepheth, David, Samuel et prophetis,

Qui per fidem vicerunt regna (Chananæorum, Philistæorum et Ammonitarum, et) operati sunt (ut judges) justitiam (suum cuique jus impartialiter tribuendo, et) adepti sunt recompensationem, (ut visum est in persona Josue et Caleb et aliorum qui terram promissam ingressi sunt, et) obturaverunt (seu cluserunt) ora leonum (in persona Danielis et Samsonis, et)

Qui per fidem

vicerunt regna,

operati sunt justitiam,

adepti sunt

recompensationes,

obturaverunt ora

leonum,

R

Extinxerunt (in persona Danielis et Mischach et Abdenago) impetum ignis contra eos accensi, et) effugerunt (ut David et

Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem

gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum,

Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem,

Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carcere,

Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti,

Elias) aciem gladii (Saülis et Jezabelis, et) convaluerunt de infirmitate (ut Ezechias et Tobias, et) fortes facti sunt in bello (ut David et Machabæi, et) castra verterunt exterorum (ut Jonathas; quid dicam de iis, nempe Elia et Elizeo? a quibus)

Acceperunt (aliquæ) mulieres (vivificatos) de (seu a) resurrectione (miraculosa) mortuos filios) suos. (Propter eamdem fidem sustinendam, quam multi) alii autem (super tympana) distenti sunt, non suscipientes (seu nolentes accipere liberationem seu) redemptions, quæ illis ut Elearo in contemptum Dei offerebatur), ut (futuram et a Deo promissam) meliorem invenirent resurrectionem; quot)

Alii vero ludibria et verbera experti (sunt, et saepè) insuper et vincula et carcere, (ut Samson et Elizæus; alii ut Nabor),

Lapidati sunt; (alii, ut Isaias et Machabæi, serra lignea vel manuum præcisione) secti sunt; (alii ut sacerdotes in Nobe et prophetæ a Jezabel) tentati sunt, in occisione (seu ictu) gladii mortui sunt; (alii) circuierunt (vagantes et redacti ad includendum corpus suum) in melotis (seu in ovinis pellibus aut) in pellibus caprinis, (rebus necessariis) egentes, (usque ad invocandam mortem) angustiati (sicut Elias Jezabelis persecutionem fugiens, omnimodo) afflicti. (Omnes isti quasi malefici propter fidem sic affligebantur, cum tam sancti et tales essent)

Quibus dignus non erat mundus; (multi eorum visi sunt) in solitudinibus errantes (vel) in montibus (vel) et speluncis et in cavernis terræ.

Et (tamen) hi omnes, (qui tampo) testimonio fidei probati (sunt), non (immediate) acceperunt recompensationem (seu præmium eis promissum; sed illud usque ad Christi adventum in limbis expectare debuerunt: nobis autem melior pars continet),

Deo pro nobis melius aliquid (quam pro eis) providente, (scilicet), ut non sine nobis consummarentur (eorum salus et beatitudo æterna, dum nos autem immediate post mortem nostram, propter Christi satisfactionem, in cœlum introducemur, si digni inveniamur. Unde, et etiam sub hoc novo respectu, veteri Testamento novum multo præstantius esse concludendum est).

Quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis et in cavernis terræ.

Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt recompensationem,

Deo pro nobis melius aliquid (quam pro eis) providente, ut non sine nobis consummarentur.

UNIVERSIDAD NACIONAL
DE MÉXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
DEPARTAMENTO DE BIBLIOTECAS
R

CAPUT XII.

Hebreos urget Apostolus ut in fide constantes sint, et persecutionem quasi paternam Dei disciplinam accipient. Exemplo Esau, qui sua primogenita pro vili esca vendidit, horitur eos ne ob lucra temporalia fidem suam tradant. Ostendit quanto lex nova in Sion data pretest veteri in Sina promulgata, et consequenter quanto gravius puniendi sint legem novam, quam Judæi veterem, violantes. Pergit eos urgere metu et minis, docens Deum in legis veteris promulgatione cœlum et terram comovisse, ut ostenderet se contra legis novæ transgressores terribilem fore.

Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen,

Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum qui, proposito sibi (æternæ quietis) gaudio, sustinuit crux confusione (seu ignominia) contempta, atque in dextera sedis Dei (Patris in æternum) sedet.

Recogitate enim eum qui tales sustinuit a

Ideoque, et (cum patres prisci per fidem obscuram tot et tanta fecerint et sustinebant), nos tantam habentes impositam nubem testium (ejus efficaciam, simus) depontentes omne pondus (terrestrium curarum), et (abhorrentes apostatarum exemplum) circumstans nos (et alliciens nos ad) peccatum; (et) per patientiam (in studio) curramus ad (bene certandum) propositum nobis certamen, (ut bravium accipiamus. Si labor nos terret, simus)

Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem (seu coronatorem) Jesum qui, proposito sibi (æternæ quietis) gaudio, sustinuit crux (suam, passionis suæ) confusione (seu ignominia) contempta, atque (in remunerationem suæ fortitudinis hodie) in dextera sedis Dei (Patris in æternum) sedet.

Recogitate enim (seu saepius cogitate) eum (Jesum), qui tales sustinuit a peccatoribus, (insurgentibus) adversum semet-

ipsum, (injuriam et) contradictionem; (sæpe de eo cogitate et in eum aspicite) ut ne (seu non) fatigemini (et non sitis) animis vestris deficiente (præ afflictionibus vestris, quæ longe afflictionibus Christi inferiores sunt);

Nondum enim (pro eo) usque ad sanguinem restitistis, (neque ita) adversus (apostasiæ) peccatum repugnantes (seu propugnantes) fuistis ut pro eo mortui sitis, sicut ipse pro vobis mortuus est).

Et (an) obliti estis (hujus) consolationis (seu exhortationis sapientiae divinæ) quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam (seu correctionem, quam tibi infligit misericordia) Domini; neque fatigeris dum (seu quandiu) ab eo (per tribulationes) argueris:

Quem enim diligit Dominus, (illum) castigat; (et sicut pater) flagellat autem omnem filium (suum, non ut eum cruciet sed erudit, sic Deus flagellat eum) quem (in filium) recipit. (Igitur)

In disciplina (seu in correctione, qua Deus per Judæorum vexationes patientiam vestram exercet), perseverate (et firmiter in fide state: per illam correctionem) tanquam (suis) filiis vobis (in patrem) offert se Deus; quis enim filius quem non corripit pater (ejus? Cogitate)

Quod si extra (omnem) disciplinam (relictæ) estis, cuius participes facti sunt omnes (electi et filii Dei), ergo (estis

peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficiente.

Nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes.

Et obtiti estis consolationis quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris;

Quem enim diligit Dominus castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit.

In disciplina perseverate: tanquam filiis vobis offert se Deus; quis enim filius quem non corripit pater?

Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes,

ergo adulteri et quoad Deum filii degeneres et) adulteri et non (ejus) filii estis (germani, proindeque eritis ejus paternæ hæreditatis exortes).

Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus et reverebamur eos; non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus.

Deinde (seu insuper si) patres quidem carnis nostræ (ut) eruditores (et castigatores infantiae nostræ) habuimus, et (si nihilominus) reverebamur eos, (an) non multo magis obtemperabimus (Deo) Patri spirituum (seu animarum nostrarum ? (Certe ei a fortiori obtemperare debemus); et (sic) vivemus (vita sancta quæ nos ducet ad vitam æternam. Et multum differt, quoad utilitatem, castigatio patrum carnalium a castigatione Dei : nam)

Et illi quidem (patres nostri, solummodo) in tempore (seu ad tempus) paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos; hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.

Et illi quidem (patres nostri, solummodo) in tempore (seu ad tempus) paucorum dierum, (et sæpe) secundum voluntatem (seu phantasiam) suam (sibi utiliore quam nobis), erudiebant (et castigabant) nos; hic autem, (scilicet, Deus nos non corripit et erudit nisi) ad id quod utile (nobis) est in recipiendo (seu ad recipiendam) sanctificationem ejus, (sive hic per gratiam sive per gloriam in cœlo. Non tam metuenda quam desideranda est hæc disciplina : nam)

Omnis autem disciplina in praesenti quidem videtur non esse gaudii sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.

Omnis autem disciplina (seu castigatio), in praesenti quidem (tempore in quo infligitur), videtur esse non gaudii sed mœroris (causa, quia castigatio suo doloris sensu nos ita afficit ut nihil aliud cogitemus); postea autem, (cum dolor transierit, sentiemus quod) fructum pacatissimum (seu maxime pacificum nobis)

exercitatis per eam reddet, (scilicet, frumentum) justitiæ, (nempe sanctitatem in terra et beatitudinem in cœlis).

Propter quod (asseendum, (remissas (præ ignavia) manus et (præ desidia) soluta genua (roborate, et fortiter vos) erigite (ad accipiendam disciplinam vobis a Deo reservatam);

Et gressus rectos facite pedibus vestris (in via christiana, non declinantes in Judaismum ; si quem ex vobis claudicantem videtis, facite) ut non (permaneat) claudicans (ille ali)quis (et omnino) erret; magis autem (curate ut per vestras exhortationes et per vestrum exemplum ab errore abducatur et) sanetur.

Pacem sequimini (seu persequimini) et habete) cum omnibus (et etiam cum illis qui vos persequuntur); et (persequimini) sanctimoniam (seu puritatem animi), sine qua nemo videbit Deum, (secundum hoc Christi verbum : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt ». Estote)

Contemplantes (seu caventes) ne quis (ex vobis) desit gratiæ Dei (segneret et tenuide ambulans in via ejus; videte) ne qua radix amaritudinis sursum germinans (bonum granum corrumpat et) impedit, (et per illam radicem, scilicet, apostasiam aut hæresim), inquinentur multi (ex vobis). Cavete etiam)

Ne quis (inter vos sit) fornicator aut profanus (seu sacrorum profanator), ut Esau qui propter unam escam (sibi pro-

Propter quod remissas manus et soluta genua erigite,

Et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum,

Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans, impedit et per illam inquinentur multi;

Ne quis fornicator aut profanus, ut Esau

qui propter unam
escam vendidit
primitiva sua.

Scitote enim
quoniam et po-
stea cupiens hæ-
reditare benedi-
ctionem reproba-
tus est; non e-
nim invenit pœ-
nitentiae locum,
quanquam cum
lacrymis inquisi-
set eam.

Non enim ac-
cessistis ad tra-
ctabilem montem
et accessibilem
ignem et turbinem
et caliginem et
procellam,

Et tubæ sonum
et vocem verbo-
rum quam qui au-
dierunt excusave-
runt se ne eis
fieret verbum,

Non enim por-
tabant quod dice-

curandam vendidit primitiva sua (seu jus
sacrum primogenituræ. Nolite, vos, sicut
et ille, pro terrenis opibus acquirendis
aut pro vita vestra a Judæis salvanda,
fidem vestram tradere et sic vestra ad
hæreditatem cœlestem jura vendere).

Scitote enim (et attendite) quoniam
(seu quòd) et (ille Esau), postea cupiens
hæreditare benedictionem (primogenito
destinatam, ab ea destitutus et a patre suo
quoad illam) reprobatus est; non enim
invenit (modum obtinendi a patre ut) pœ-
nitentiae locum (daret de benedictione Ja-
cobo praestitæ), quamvis cum lacrymis
inquisisset eam (recuperare. Ita et vos
fidem vestram nolite profanare, ne semel
amissam vix et nonnisi ægre recuperare
possitis. Terribile est hanc fidem et gratia
Christi alijicere: nam accedendo ad
fidem et ad Christi Ecclesiam),

Non enim accessistis (tantummodo ut
olim populus Judaicus), ad tractabilem
(seu terrestrem) montem et (ad) accessibilem
(corporœum) ignem et (ad) turbinem
(venti) et (ad) caliginem et procellanam (ex
tonitribus et fulguribus compositam),

Et (ad) tubæ sonum et (ad) vocem ver-
borum, quam (tamen terribilem fecerat
Deus, siquidem illi) qui (eam) audierunt
excusaverunt se (quòd non possent eam
sustinere et petierunt) ne eis (amplius
auditum) fieret (illud) verbum;

Non enim, (ut aiebant), portabant (seu
portare poterant) terrorem quem eis incu-

tiebat illud verbum) quod (a Deo) diceba-
tur, (scilicet; ne ullus homo ad montem
accedat); et si etiam bestia tetigerit (hunc)
montem, lapidabitur;

Et (enim vero) ita terribile erat (hoc
omne) quod (audiebatur et) videbatur, (ut
non sustineret ipse) Moyses (qui) dixit:
Parce, Domine, nam exterritus sum et
tremebundus. (Et hæc omnia terribilia,
quibus Deus legis veteris promulgationem
circundabat, indicabant quam graviter
puniendi essent ejus violatores):

Sed (quanto gravius peccaturi et pu-
niendi eritis, vos qui) accessistis (et ag-
gregati estis) ad Sion montem (non terre-
num sed spiritualem Ecclesiæ triumphan-
tis), et (ad) civitatem Dei viventis (seu)
Jerusalem cœlestem, et (ad) multorum
millium Angelorum (conventum et) fre-
quentiam,

Et (ad) Ecclesiam primitivorum (fide-
lium et apostolorum et martyrum qui
(jam actu) conscripti (et effecti) sunt (ci-
vies illius Jerusalem quæ est) in cœlis, et
(ad) judicem omnium (et fidei vestræ re-
muneratorem) Deum, et (ad) spiritus (Pa-
triarcharum et Prophetarum et omnium
legis tum veteris tum novæ) justorum (in
gloria) perfectorum (seu consummatu-
rum),

Et (ad) testamenti novi mediatorem Je-
sus, et (ad) sanguinis (hujus) aspersio-
nen, melius loquentem quam (sanguis)
Abel, (siquidem hæc vox sanguinis Christi

batur: « Et si be-
stia tetigerit mon-
tem, lapidabitur. »

Et ita terribile
erat quod videba-
tur; Moyses di-
xit: Exterritus
sum et tremebun-
dus:

Sed accessistis
ad Sion montem
et civitatem Dei
viventis Jerusa-
lem coelestem et
multorum mil-
lium Angelorum
frequentiam,

Et ecclesiam
primitivorum qui
conscripti sunt in
cœlis, et judicem
omnium Deum, et
spiritus justorum
perfectorum,

R
Et testamenti
novi mediatorem
Jesum, et sanguini-
nis aspersiōnē
melius loquen-

tem quam Abel misericordiam, dum vox Abeli non nisi vindictam, clamabat).

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus,

Cujus vox movit terram tunc, nunc autem re-promittit dicens : Adhuc semel ; et ego movebo non solum terram sed et cœlum.

Quod autem « Adhuc semel » dicit, declarat mobilium translatio-nem tanquam factorum, ut maneant ea quæ sunt immobilia.

Videte ne (omnes illos vocationis vestrae) favores et præsertim hunc Christi sanguinem) recusetis loquentem (pro nobis). Si enim illi (Hebrei poenam gravissimam) non effugerunt, (quia fuerunt) recusantes (et audire nolentes) eum (Dei legatum Moysen) qui super (hanc) terram (eis) loquebatur ; (quanto) multo magis (puniendo sumus) nos qui de cœlis (adventum et nobis) loquentem avertimus (seu audire recusaremus ? Videte igitur ne a Christo ad Mosen aut a Christianismo ad Judaismum redeatis ; Moses enim tantummodo terrestris, cœlestis autem legislator et doctor est Christus),

Cujus vox (jam) movit terram, tunc (cum locutus est in monte Sina, nunc autem (per Aggæum) re-promittit (legem aliam et novam), dicens : Adhuc semel (pro semper hominibus loquar) ; et ego (tunc) movebo non solum terram sed et cœlum, (homines et Angelos per magna prodigia excitans ad attente considerandum opus quod ego patratus sum, scilicet, meam incarnationem et legislationem et redemtionem. Igitur eo ipso)

Quod autem illud verbum « adhuc semel (loquar) » dicit, (nonne evidenter) declarat (rerum) mobilium (seu transitioriæ legis mosaicæ) translationem (consummatam esse per executionem oraculorum) tanquam factorum (seu adimpletorum,

ita) ut (in futurum) maneant (in eorum loco) ea (sola) quæ sunt immobilia, (nempe Christi lex et doctrina).

Itaque regnum immobile (legis evan-gelicæ) suscipientes, habemus (nunc) gratiam (multo ampliorem quam Judæi per legem mosaicam, gratiam) per quam ser-viamus (seu servire possumus et debemus et esse) placentes Deo, (et illum colere) cum (magnō) metu et (magna) reverentia. (Cum metu serviamus illi, inquam) ;

Etenim Deus noster ignis consumens est, (et urens eos qui carent hoc metu et hac reverentia).

Itaque regnum immobile suscipientes habemus gratiam per quam serviamus placentes Deo cum metu et reverentia;

Etenim Deus noster ignis consumens est.

CAPUT XIII ET ULTIMUM.

Hebreos hortatur Apostolus ad opera charitatis fraternalis, ad hospitalitatem, castitatem conjugalem, fugam avaritiæ et imitationem præpositorum. Eos monet ne doctrinis novis et variis sinant se abduci, sed Eucharistia stabilient cor suum. Ex typo veteri hostiae publicæ pro peccato oblatæ, quæ cremanda erat extra castra, allegorice concludit « Exeamus igitur ad eum (Christum) extra castra, impropterum ejus portantes.

Rogo vos, fratres, ut

Charitas fraternalis (seu fraterna sit Charitas frater-
et) maneat in vobis, (ut decet inter fratres
ex eadem matre Ecclesia et ex eodem pa-
tre Christo genitos) ;

Et hospitalitatem (erga fratres) nolite Et hospitalita-
oblivisci, (recordantes quod) per hanc tem nolite obli-
(hospitalitatem) enim latuerunt (seu non visci; per hanc
cognoverunt) quidam (Patriarchæ, ut quidam, Angelis

hospitio receptis. Abraham et Loth, se magnum coram Deo opus exercuisse et magnum honorem receperisse; putaverunt enim se homines accepisse, dum revera domus eorum honorata est ipsissimis) Angelis hospitio receptis.

Mementote vinctorum tanquam simul vinci, et laborantium tanquam et ipsi in corpore morantes.

Honorabile conubium in omnibus et thorbus immaculatus: fornicatores enim et adulteros judicabit Deus.

Sint mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam,

Ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo (ut mihi noceat).

Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei; quorum in-

Mementote vinctorum, (qui pro Christo sunt vincti), tanquam (ac si vos essetis) simul vinci (cum illis); et (curam habete) laborantium (sive morbis sive alio modo), tanquam, (seu cogitantes quodd) et (vos) ipsi in corpore (iisdem infirmitatibus obnoxio estis) morantes.

Honorabile (seu honoratum sit) connubium in omnibus (quæ ejus honestatem commendant; et thorbus (maritalis sit ab omni adulterio purus et) immaculatus: Fornicatores enim et adulteros (quam severissime) judicabit (et puniet) Deus.

Sint mores (vestri et sit vita vestra) sine avaritia; (et estote) contenti præsentibus (opibus, quæcumque sint, quas habetis; confidentes estote in Domino providente): ipse enim dixit pauperi justo): « Non te deseram neque (in egestate tua) derelinquam »;

Ita ut confidenter dicatis: Dominus mihi (est) adjutor; (idcirco) non timebo quid faciat mihi homo (ut mihi noceat).

Mementote præpositorum vestrorum (et Apostolorum et Episcoporum et sacerdotum sive mortuorum sive adhuc viventium), qui vobis locuti sunt verbum Dei;

a lege mosaica impositis vel vetitis) quæ non profuerunt ambulantibus (seu observantibus ea, quia nihil gratiae infusum est) in eis. (Harum escarum aut aliorum legalium observantia vobis æque ac illis inutilis esset, imo et injuriosa Christo qui ad stabiliendum in fide sua cor nostrum nobis offert corpus suum, quod certe multo melior est victimæ quam Judæorum victimæ):

Habemus enim (nos) altare (in quo offerimus corpus et sanguinem Christi et) de qua edere non habent potestatem (omnes illi) qui (adhuc mosaico) tabernaculo (et altari) deserviunt (aut communicant: quod sic probatur ex veteri typo: Levitæ enim non poterant edere de his victimis, quorum (estote) intuentes exitum conversationis (seu vitæ gloriosum, et) imitamini (eorum) fidem (et animi constantiam, ut æque ac illi pro fidei confessione quidvis pati cupiatis. Sic agentes, eadem bona, que ipsi, consequemini: nam)

Jesus Christus (idem erat) heri (qui est) et hodie, et (idem) ipse (erit) in (omnia) sæcula, (scilicet, æque potens et beneficus in eos qui pro ipso patientur in terra, et eos remuneraturus in cœlo).

Doctrinis variis et peregrinis (seu adventitiis) nolite (sinere) vos extra Ecclesiæ doctrinam) abduci: optimum est enim gratia (seu sanctitate) stabilire (et confirmare) cor (suum, et) non (ponere spem suam in discernendis) escis (aut aliis rebus

tuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Jesus Christus heri et hodie ipse et in sæcula.

Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt:

quarum sanguis expiatorius inferebatur in Sancta sanctorum ; si ali)

Quorum enim animalium infertur sanguis (oblatus) pro (populi et pontificis) peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra, (et nullus Judæus ex eis edere potest : atqui illæ victimæ erant figura et typus victimæ nostræ, scilicet, corporis Christi ; ergo non possunt Levitæ edere corpus Christi. Alia est causa allegorica cur hæc hostiarum crematio extra castra fieret, nempe, quia erant figura Christi qui extra Jerusalem immolandus erat : nam)

Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Exeamus igitur ad eum (Christum ad eundum) extra castra (hujus mundi, ut

Exeamus igitur ad eum extra ca-

simus) improperium (seu ignominiam crucis) ejus portantes. (Ne vos pigate et poeniteat hunc mundum pro Christo relinquare);

Non enim habemus hic civitatem manentem (seu stabilem); sed futuram (civitatem) inquirimus, (quæ est æterna et nobis a Christo promissa).

Per ipsum ergo (Christum Pontificem et mediatorem nostrum, qui hæc omnia nobis bona conciliavit), offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium (seu benedicentium) nomini ejus (per psalmos, hymnos, gratiarum actiones, et præsertim per sacrificium Missæ quod est præcipua hostia laudis. Insuper)

Beneficentiae autem (in pauperes) et communionis (seu communicationis honorum vestrorum in egentes faciendæ) nolite obliisci ; talibus enim (charitatis) hostiis promeretur (seu propitijs redditur) Deus.

Obedite præpositis vestris, (nempe episcopis et presbyteris); et subjacete eis (libenti et prompto animo) : ipsi enim (pro vobis) pervigilant, quasi rationem pro animabus vestrts reddituri ; (eis, inquam, libenter obedite), ut cum gaudio hoc faciant et non gementes (super inobedientia aut irreverentia vestra) : hoc enim, (nempe si gemant, apud Deum) non expedit vobis. (Insuper)

Orate pro nobis ; (speramus nos vestra apud Deum recordatione non esse indi-

stra, improperium ejus portantes :

Non enim habemus hic manentem civitatem ; sed futuram inquirimus.

Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

Beneficentiae autem et communionis nolite obliisci ; talibus enim hostiis promeretur Deus.

Obedite præpositis vestris et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestrts reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes ; hoc enim non expedit vobis.

Orate pro nobis : confidimus

enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari:

Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.

Deus autem pacis, qui eduxit (et suscitat) de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti aeterni (mediatorem factum, scilicet) Dominum nostrum Jesum Christum,

Aptet vos in omni bono ut faciat eis voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solatii; etenim per paucis scripsi vobis.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimis-

gnos); confidimus enim quia (seu quod) bonam conscientiam habemus (nobis testificantem quod) in omnibus (simus) bene volentes conversari (seu prodesse vobis):

Amplius (seu instantius) autem deprecor vos hoc facere, (scilicet pro nobis orare), quo celerius (obtineam ut) restituar vobis (et vos invisere possim. Opto ut)

Deus autem pacis, qui eduxit (et suscitat) de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti aeterni (mediatorem factum, scilicet) Dominum nostrum Jesum Christum, (sit et maneat vobiscum: opto ut)

Aptet (et disponat) vos (tanquam unius corporis membra, ut efformati sitis) in omni (opere) bono; (et det vobis) ut faciat eis voluntatem, (et ipse Deus possit esse) faciens in vobis (omne) quod placeat coram se (et quocunque vobis imponere velit; et oro ut hoc fiat) per Jesum Christum, cui est (in omnibus reddenda) gloria in saecula saeculorum. Amen.

Rogo autem vos, fratres, ut, (quamvis non sim proprius Apostolus vester), sufferatis (et aequo animo accipiatis illud) verbum solatii (quod ad vos scribere praesumo): etenim (forsitan haec epistola, utpote longa, vobis aliquid tedium attulit; et tamen) per paucis (verbis) scripsi vobis, (si ad rei dignitatem attendatis).

Cognoscite (seu scitote) fratrem nostrum Timotheum (e vinculis esse) dimissum; cum quo, si celerius (seu mature ad me)

venerit, (ibo et) videbo vos. (In nomine sum; cum quo, si celerius venerit, videbo vos.)

Salutate omnes prepositos vestros et omnes sanctos (seu christianos, qui sunt inter vos. Salutant vos, (qui) de Italia (sunt), fratres.

Gratia (Dei sit et maneat) cum omnibus vobis. Amen.

Salutate omnes prepositos vestros et omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

Gratia cum omnibus vobis. Amen.

FINIS EPISTOLÆ B. PAULI AD HEBRÆOS.

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN

AN

DE BIBLIOTECAS

®

TABLE DES MATIÈRES

| | PAGES |
|---|-------|
| Avant-propos | 1 |
| Avis important. | 7 |
| Epistola B. Pauli ad Romanos | 9 |
| — prima ad Corinthios. | 111 |
| — secunda ad Corinthios | 221 |
| — ad Galatas | 289 |
| — ad Ephesios | 327 |
| — ad Philippenses | 363 |
| — ad Colossenses | 387 |
| — prima ad Thessalonicenses. | 409 |
| — secunda ad Thessalonicenses | 429 |
| — prima ad Timotheum | 441 |
| — secunda ad Timotheum. | 469 |
| — ad Titum | 489 |
| — ad Philemonem | 501 |
| — ad Hebreos | 507 |

FIN DE LA TABLE.

®

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Imprimerie du Pas-de-Calais — A. Planque, à Arras.

JEV
OTEC